

Universitätsbibliothek Wuppertal

Avctores Latinae Lingvae In Vnvm redacti corpvs

Godefroy, Denis

[Genevae], 1585

Caroli Sigonii De nominibus Romanorum liber

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-85](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-85)



CAROLI SIGONII

DE NOMINIBVS ROMA-

NORVM LIBER.

Cur Romani multis nominibus vsi sint.



Mulæ res in tota antiquitate Romana parum adhuc tractatæ ac cognitæ sunt, tum illa difficilis atque obscura quæstio est quæ est de ratione nominum Romanorû. Nam etsi res est & à veteribus explicata diligenter, & ad huius etiam memoriæ hominibus penitus non neglecta, tamen quia illorum scripta vetustas vel consumpsit ferè vel deformauit, hi in hoc genere non satis accuratè omnia collegerunt, plurimum adhuc lucis desiderare videtur. Itaque, quoniam ad hos quos scripsimus, Romanorum magistratuum factos eiusmodi maximè disputatio pertinet, quique proximè hac de re scripserunt, nec satis plenè nec ad rei veritatem satis aptè tantum argumentum tractarunt, faciendum esse nobis videtur, vt hoc loco quid de nominibus Romanorum inuenerimus, exponamus. Quum autem Romanos homines duobus primùm post etiam tribus nominibus vsos esse reperiamus, quorum vnum præcipuè Nomen, alterum Prænomen, tertium Cognomen aut Agnomen appellaerunt, iccirco danda opera est vt in huius quasi vestibulo disputationis causam huiusce facti, quæ probabilis maximè videatur esse, reddamus. Qui igitur de his causis disseruerunt, ij in duas ferè partes diuisi sunt. quorum alij hanc consuetudinem propriam fuisse Romanorum, alij à vicinis populis acceptam esse tradiderunt. Ac priorem quidem opinionem tuetur Varro, (vt est apud Valerium Maximum in epitoma de prænominibus) posteriorem verò quidam alij Varronem autem mouit maximè illa ratio, quòd in Italia ante Romam conditam quosdam homines vno tantummodo nomine præditos fuisse, vt Romulum & Remum

& Faustulum animaduertit. Itaque Varronis opinionem Priscianus ferè sequutus, causas cur Romani nomina duplicauerint, exponit duas: vnã, vt qui in quaque familia eodè nomine vocarentur, præposito aliquo alio nomine, quò inde prænomen dixerunt, distinguerentur: alteram, vt Sabinorum gratiam beneuolentiãque colligerent, quos Romulus in ciuitatem suscepit, aut suis Sabinorum nomina, aut contra sua Sabinorum nominibus præponentes. Id quod in Romulo scripsit etiam Eutropius, Quin etiam Appianus huc spectasse videtur, quum in præmio historiæ scripsit Romanos vno primùm nomine vsos esse, post duobus, tum tribus. Sic enim ait, Καὶ τὰ πρόματὰ Ρωμαίων πάλαι ἦν ἓν, ὡς περ ἀσπράτοι ἀπασιν ἰκασθαι μετὰ δὲ ἐγένοντο δύο καὶ εὖ πολλοὺς χρόνους εἰς οὗ αὖ τρίτοι ἀρχαίωτον ἐς ὅτι γένηται ἐν παύσει ἢ ἀπὸ τῶν περιεπέδηται. Itémque Varro libro De lingua Latina, quum ait, Quum essent duo Terentij, aut plures, discernendi causa, vt aliquid singulare haberent, notabant forsitan ab eo qui manè natus diceretur, vt is Manius esset, qui luci, Lucius, qui post patris mortem, Postumus. Qui verò secus senserunt, hanc rationem ab aliis populis mutatos esse Romanos dixerunt: præsertim verò quum ipsi ante Romam conditam matrem Romuli légerent Rheam Siluiam, aut Numitorem Siluium, fratrem eius Amulium Siluium, posterioresque duces Metium Faufetium, Titum Tatium, Numam Pompiliium, patrémque eius Pomponem Pompiliium nominatos. In hac autem opinione fuerunt Arruntius Claudius & Valerius Maximus. Nam Claudius (vt Diomedes scribit) à Græcis hoc sumptum tradit, apud quos multi æquè atque apud Romanos, tria nomina vsurpauerint, id quod in Alexandro Dardanio Paride & in Achille Æacide

Celeri intelligi posse putat. Valerius autem ab Albanis & Sabinis, à quibus potissimum traxerunt originem, Romanos hanc consuetudinem accepisse ait. Atque huic quidem ego etiam assentior, quippe qui & hanc rationem apud Italos populos fuisse, & aliis præterea eos quibusdā prænominibus à Romanis vfos esse comperiam, & Remum ac Romulum aut quia spurij fuerūt, gentis nomine caruisse, aut certe ex Silvia gente, cuius & mater erat, existisse existimem. Distinguentium tamen filiorum atque nepotum causa inuenta prænominia esse, Varro gravissimo in primis auctori assentior.

Quid sit nomen, prænomen & cognomen.

Celebrata est igitur (quemadmodum demonstratum est) à Romanis hæc tota multiplicandorum nominum ratio. neque enim nomine aut prænominem tantummodo contenti fuerunt, sed cognomen & agnomen etiam adiunxerunt. Quod etiam significat Pausanias in Atticis, quum eos tribus aut etiam pluribus nominibus vfos esse tradidit, ita, καλοῦνται γὰρ οὐ παρ' ἑτέροις οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἑαυτῶν ἑκαστοῦ, ἀλλὰ καὶ τρία (ὅποτε ἢ ὀλίγη) καὶ ἑπὶ πλείονα οἰήματα ἐκείνη τίθενται. De quibus omnibus quum ab aliis alia tradita sint, quid ipse sentiam, non dicam, quid autem veteres senserint, verbis eorum expositis, breui concludam. Ac primum quidem nominabo Valerium, qui ita ait, Omnia quæ ad unumque nostrum definiendum excogitata sunt, eandem vim significandi hominis obtinent. Quod per proprietatem dicitur, hoc distat, quia eo genus cognoscitur, id est quæ dicitur gentilicium. cetera ordine variantur. Nam quod præponitur, prænomen: quod post fertur, cognomen; quod ad ultimum dicitur, agnomen vocatur. Neque verò aliter sensisse videntur Sospater, Donatus & Diomedes, grammatici non solum antiquitate, sed etiam doctrina nobiles. quorum, ubi de propriis nominibus agunt, hæc verba sunt, Vocabulorum, quibus Romani capita recensabant, quatuor genera sunt, prænomen, nomen, cognomen, agnomen. Prænomen, quod nomini gentilicio præponitur; ut Publius: nomen, quod originem gentis declarat, ut Cornelius: cognomen, quod nominibus gentilicis subiungitur, ut Scipio: agnomen, quod extrinsecus addi solet aliqua ratione, vel euentu questum, ut Africanus. Quod si quis hos fortasse, ut leues, huiusce rei auctores repudierit, nunc animum referat ad ea quæ scripta sunt apud Dionysium, Plutarchum, Ciceronem & Suetonium, aucto-

res rerum Romanarum gravissimos, eodemque certissimos, à quibus hæc eadem opinio confirmatur. Dionysius quidem nomen unum commune Romanis fuisse ait, alterum verò gentilicium. Sic enim de Lucumone ait, μεθ' οὗ τῶν Ῥωμαίων ἐκείνη καινὴ ὄνομα καί τε, καὶ μετὰ τὸ καινὸν, ἕτερον, ὃ δὲ συνηκίον αὐτοῖς ἐστὶ καὶ παλαιονυμικόν. sic alibi commune nomen, appellat prænomen, ut de Attio Næo, αὐτὸς μὲν ἐκείνη τῷ καινὸν ὄνομα καὶ προσκρητικὸν Νέαιος τὸ δι' συνηκίον, Ἀττιός. Eodem autem in loco Dionysius commune nomen vocat Lucium, gentilicium verò Tarquinium. Plutarchus verò in Coriolano ait ita, Tertium igitur ei nomen Coriolano inditum est: ex quo intelligi potest, Caium ei fuisse proprium nomen, Marcium verò gentilicium, id est ἐκ τούτου τρίτον ἔσχεν ὄνομα τὸ Κοριολάνιον. καὶ ἡ μάλα σαφὲς ἄλλοθεν ὅτι τῷ ὀνομαζέται ἴδιον ἢ τὸ Γαῖος τὸ δὲ Διονυσίου, οἰκίας ἢ γένους καινοῦ ὁ Μάρκιος. Idem etiam initio Marij. Ea verba quia nimis multa visa sunt, atque etiam in promptu sunt omnibus, non apposui: quid tamen ille tradiderit, breuiter mihi esse ostendendum putavi. Sic igitur ille disputat ut varia & ipse fuisse nominum genera dicat. quorum alia prima, alia secunda, alia tertia vocat. Ac prima quidem nomina quæ propria, ut Cnæi, Lucium, Publium: secunda verò quæ gentis causa multis communia sunt, ut Pompeios, Manlios & Cornelios: tertia, quæ ab actione aliqua, vel à corpore, vel à moribus indita sunt, ut Macrinum, Torquatum & Sullam. & secundis quidem respondere apud Græcos Heraclidas ac Pelopidas: tertiis verò Grypum & Gallinicum putat. Quid; quæ Cicero epistola ad Atticū libro quarto, ita ait, Qui veteri prænominem, nouo nomine Terit Cæcilius: & Suetonius in Cæsare, quæ inquit, Ut quod eo anno actum esset, Julio & Cæsare actum scriberent, bis eundem repetentes, nomine ac cognomine: nonne satis ostendunt Titum quidem prænomen, Cæcilium verò & Iulium nomina. Cæsarem verò cognomen esse? Hæc mihi satis multa & satis firma visa sunt. quæ afferrem eum ad harum appellationum vim & naturam definiendam; tum ad eorum opinionem labefactandam qui contra aut aliter senserint aut scripserint.

Quæ & quæ prænominia fuerint, & vnde singula ducta sint.

Quum ergo multa vocabulorum genera sint, quibus plerumque veteres Romani appellarentur, primum de prænominibus, post de reliquis, quid sentiamus dicendum est. Ac prænomen quidem prῶτον ὄνομα Græcè dictum scri-

bit Diomedes: Plutarchus autem modò pri-
mum nomen, modò proprium nomen, Dio-
nyfius (vt ostendi) commune nomen appel-
lat. Vis autem Latini vocabuli satis perspi-
cua est, nam quod nomini preponitur, id pre-
nomen dici voluerunt. Ex his autem præno-
minibus alia à Romanis, alia à finitiuis po-
pulis frequentius vsurpata esse reperio: Ro-
mana autem ad triginta fuisse ex Varronis
sententia tradit Valerius. Hæc autem fuisse
videntur, Agrippa, Appius, Aulus, Cæso,
Caius, Cnæus, Decimus, Faustus, Hostus, Lu-
cius, Mamercus, Manius, Marcus, Numerius,
Opiter, Postumus, Proculus, Publius, Quin-
ctus, Seruius, Sextus, Spurius, Tiberius, Titus,
Tullus, Vibus, Volero, Vopiscus: peregrina
verò Ancus, Aruns, Lar, Lucumo, Metius, Nu-
ma, Petro, Pompo, Sertor, Tallus, Turnus,
Volufus. De quorum prænominum origine
ac significatione, quoniam qui de nominib⁹

modò scripserunt, nihil dixerunt, nos scribe-
mus ea quæ à veterib⁹ tradita, à nobis quæta
maxima fieri potuit diligentia sunt collecta.
Agrippa, Festo auctore, vocatus qui cum
labore matris sit natus, exempli causa in pe-
des contra naturam, & non in caput, id est
ab egro partu. Item Marcellus & Quincti-
lianus lib. 9.

Appius ex Sabinorum prænomine Actio
venit, vt ait Valerius, idque Romæ Claudio-
rum fuit: quorum princeps Actius Clausus
dictus est. Liuius lib. 3. quo in loco multa in
scholiis diximus.

Auli dicti qui diis alentibus nascerentur.
Valerius.

Cæso qui ex vtero matris exectus est. Fe-
stus, Valerius, Plin. lib. 7. cap. 9.

Caius à gaudio patrū appellatus. Valerius.
Cnæum ob insigne navi qui in corporibus
gignitur.

Faustum à fauore dictum scribit Valerius.
Quinctus, Sextus, Decimus, à numero dicti
sunt, teste Varrone, vt qui quincto, sexto &
decimo quoque loco esset natus, is demum
primis temporibus Quinctus, Sextus & De-
cimus diceretur.

Hostes, inquit Valerius, fuit prænomen in
eo qui peregrè apud hospitem natus est, fuit-
que prænomen Lucretij Tricipitini, collegæ
L. Sergij consulis. Macrobius lib. Saturnal.
primo, qui in hostico procreatus esset, eum
Hostum vocatum fuisse scribit. Est autem
mendum apud Valerium. Hospes enim legi-
tur non Hostus. Quòd autem legendum sit
Hostus, ex eo intelligi potest quòd Liuius Lu-
cretium Tricipitinum, cuius Valerius memi-
nit, Hostum vocat. Et in consulibus Capito-
linis, An. cccxxv i scriptum est. P. Lu-
cretius Hosti F. Macrobius etiam lib. 1. Ho-
sti Hostilij mentionem facit.

Lucij duplex origo traditur à Valerio. aut
enim à Lucumonibus Etruscis dictus est, vt
Lucumo Tarquiniensis, qui se L. Tarqui-
nium appellauit: aut is demum Lucius appel-
latus est qui lucis initio natus est. Quod scri-
bit etiam Festus & Varro.

Mamercus prænomen gentis Æmiliæ fuit,
de quo Plutarchus in Numa & Æmilio sic,
Mamercus fuit Pythagoræ filius, à quo Nu-
ma Pompilius rex filium Mamercum nomi-
nauit, qui auctor & princeps gentis Æmiliæ
fuit. Festus autem prænomen Olcum esse pu-
tat, quòd Olci Martem Mamercum appel-
lauerint.

Manius dictus est qui manè est ortus: aut
ominis causa, quasi bonus: manum enim
antiqui bonum dicebant. Varro lib. 2. De a-
nalogia, Valerius, Festus, Macrobius lib. 1. Sa-
turnal. Zosimus autem Græcus historiarum
auctor lib. 1. tradit Manium in gentem Va-
leriam profectum esse à quodam Valerio,
qui primus sacra diis manibus fecit. Sic enim
ait, ἄνθρωπος τῶν Κορινθίων Ὀυαλέριος εὐρὴν, καὶ τὴν θυ-
σίαν καὶ τὰς ἀστυνοχίδας ἔπεισε, ἵνα ἐκείνῳ Μανίῳ
Ὀυαλέριος Ταρκετίνος, τοῦς τε γὰρ ἑσθίους θεοῦς
μάνης καλεῖσσι Ρωμαίους, καὶ τὸ ὑγιαίνει βαλέριε.

Marcus dictus est qui mense Martio na-
tus est Valerius.

De Numero sic Festus, Numerius præno-
men nunquam antea fuisse in patricia fami-
lia dicitur, quàm Q. Fabius, qui vnus post
sex & trecentos ab Etruscis interfectos su-
perstit, inductus magnitudine diuitiarum
vxorem duxit Otacilij Maleuentani (vt tum
dicebantur) filiam, ea conditione vt qui pri-
mus natus esset, prænomine aui materni Nu-
meri⁹ appellaretur. Et Valerius ita, Numerio
sola patricia familia vsa est Fabia, iccirco
quòd cccv i apud Cremeram flumen cæ-
sis, qui vn⁹ ex ea stirpe extiterat, ducta in ma-
trimonium vxore filia Numerij Otacilij Ma-
leuentani, sub eo pacto, vt quem primum fi-
lium sustulisset, ei Numerij prænomen impo-
neret, obtemperarit. Hinc mendosè apud Ci-
ceronem lib. 1. De diuinatione legitur ita,
His adiūgatur etiam somnium Ænææ, quod
in numerum Fabij Pictoris Græcis annali-
bus scriptum est, quum sit legendum, Quod
in Numerij Fabij Pictoris. Fuit enim alter Fa-
bius Pictor prænomine Quinctus, qui de re-
bus Romanis Latinè scripsit, Gellio & No-
nio teste (qui eius sæpe verba Latina profe-
runt) itémque Cicero de legib. 1. qui eum
inter historicos Latinos numerat, at qui Græ-
cè iisdem de rebus scripsit, is videtur fuisse
Numerius nominatus, quem tamen 1. libro
Dionysij, Quinctum nominat. Hac ratione in
oratione pro Cluentio Numerios Aurius le-
gimus. & lib. 3. De orat. Numerium Furium,
& lib. 2. De diuin. Numerium Suffucium, &

apud Pædianum Numerium Quinctium.

Opitor dictus, cuius pater, auro viuo, mortuus est quasi qui post obitum patris genitus sit, aut qui ob patrem auro habeat. Quod prænomen Virginio Tricofto consuli fuit. Valerius & Festus.

Postumus, qui post humatum patrem est natus. Varro lib. 2. De analogia, & Plutarchus in Coriolano, ut Posthumus Æbutius, de quibus Valerius. Nam Liuij libri mendosi erant, qui haberent Postumius pro Postumus. quum tamen Postumius gentis nomen sit, Postumus prænomen.

Proculus, qui natus sit patre peregrinante patria procul, ut ait Plutarchus in Coriolano. Valerius autem ait, qui patre sene natus sit quasi procul a tate progresso, cum Proculum esse vocatum.

Publi, ut Valerius, qui prius pupilli facti erant quam prænomen haberent. alij omnis causa à pube.

Seruius is primum dictus est quem seruiens mulier peperisset, ut de Ser. Tull. rege scribit Dionysius: at Valerius, qui mortua matre, in utero seruatus est.

Spurius dictus, qui sine patre esset, antiqui enim iisdem literis S. P. Spurius, & sine patre scripserunt. Plutarchus in quaestionibus, & Valerius.

Tiberij, qui ad Tiberim nascereur. Valerius.

De Tito controuersa est. Valerius à Sabino quodam, nomine Tito, manasse ait, Festus à Titulo. Titulos autem milites fuisse quod patriam tuerentur, quasi Titulos.

Tullus omnis causa dictus est, quasi tollendus, o in u versa. Valerius.

Volero, inquit Valerius, in prænomen abiit, quia nolentibus nasci liberis parentibus videbatur. quo usus est Publilius Philo. Quare in anno ccc lxxi. Capitolino ita est, *L. Publilius L. F. Voler. N. Philo.*

Vibij prænomen esse indicat annus ccc Capitolino, ubi ita est, *P. Sestius Q. F. Vibij N. Capitolinus.* Itemq; Liuius lib. 26. Vibius Virius.

Vopiscus dictus, qui ex duobus conceptis vno abortu excluso ad partum legitimum deduceretur, quo prænomen præcipue Iulia gens vsa est, Valerius, Festus, Plutarchus in Coriolano, Plin. lib. 6. cap. 9. Sed de Romanorum prænominum vi ac significatione haec tenus. Peregrinorum autem multo obscurior ratio & significatio est.

Ancum scribit Varro à Sabinis ortum. Valerius autem tradit cum Ancum esse appellatum, qui vitiosum habuit cubitum, qui *αγκυρα* Græcè dicitur, cui etiam Festus assentitur. Ancus enim (inquit) ille vocatur, qui aduncum habet brachium, ita ut regi non possit. Hinc Ancus Marcius rex, & Ancus Publicius imperator Lannuinus contra Hostilium regem, 60

Dionysio auctore.

Aruntum & Luconem Etrusca prænomena fuisse scribit Dionysius. Itaque Aruntem Tarquinium superbi regis filium, & Aruntem Toluminium Porſenæ filium legimus. *Volsus* Sabinus fuit, eoque vsus est pater P. Valerij Poplicole, Liuius & Capitolinis lapid. auctoribus: quanquam Græci *ὠυλαίων* vocat.

Lartis prænomen, ut tradit Valerius, à laribus sumptum est. Tuscum autem ante creditum esse, fuitque consulis Herminij. Idem ferè Carisius & Priscianus lib. 5. Lar si familiaris est, facit laris, si Tolumij Porſenæ, Laris Et Seruius in 6. Æneidos, Lar Tolumnius à Costo occisus, à loco dictus est. dicitur autem Lar Laris. Et Liuius lib. 4. Daturus, quod Lar Tolumnius dedisset. Et Cicero Philippicâ 1x. Lar Tolumnius Veientium rex. De Larſe Porſenæ ita Dionysius lib. 5. *καταδὲ τῶν κλαυσιμῶν Λαέρης ὄνομα, Ποροῖος τῆς κλαυσιμῶν.* Quodd autem hoc prænomen Herminij consulis fuerit, (ut ait Valerius) id ex Dionysij lib. 6. quoq; scognoſcitur: à quo ita anno ccc lxxi. consul scribitur *Λαέρης Ερμίνιος*, & à Diodoro *Λαέρης Ερμίνιος*. Ex his autem intelligi potest quam verè scripserint quidam in libro de Nominibus ita, Posteaquam in urbem migrarunt Sabini, duplicari nomina ceperunt, ut Numa Pompilius, Seruius Tullius, Larſe Porſenæ. quamvis hoc nomen Etruscum fuerit. In quo prænomen *Lartes* sciendum eo veluti prænomen vsos veteres. Seruius interpretes Vergilianus ab oppido dictum putat. Item Plutarchus in Publicola existimauit, qui tamen *Λαέρης* scribit, sed male. Hæc illi. quam autem verè, ipsi viderint, neque enim Larſe Porſenæ duobus tantum nominibus vsus est, quum ex Tolumnia genite fuerit, Carisio (quem ante nominauit) auctore nec Larſe in recto casu dicitur, sed Lar, quod superioribus testimoniis comprobatum est. nec Seruius Larſem ab oppido dictum ait, sed à loco: nec item Plutarchus villo in libro, nedum in Poplicola, ab oppido dictum ait, neque item est apud Plutarchum *Λαέρης*, sed *Λαέρης*, quanquam mendose inquit enim *ἰνὴ τῶν κλαυσιμῶν Ποροῖος*. quum sit legendum ex Dionysio, *τῶν Λαέρης Ποροῖος*. Cur igitur hoc illi dixerunt: quia interpretem legerunt, qui ita vertit, Supplex ad Larſem Porſenam confugit. Illi verò in Græcis libris versati, quid in Græco codice esse deberet, intelligentes, illud quod non erat, esse assimarunt.

Metius, Albanorum prænomen fuit, ut in Merio Fufetio: & Sabinorum, ut in Merio Curtio: & Latinorum, ut in Merio Geminio & Merio Octauio, de quibus Liuius.

Numa Sabinorum fuit, ut in Numa Pompilio rege, & in Numa Marcio pont. max. de quo dixi in primum Liuij librum.

Pompo-

Pomponis prænominis vsus est Pōpo Pōpi-
lius Numæ regis pater. Dionys. in Numa, &
Liuus li. 41. Itaq; Numa filiū etiā habuit no-
mine Pōponē, qui ex se gētē Pōponiā ppa-
gavit, auctore Plutarcho. quāquā quidā im-
peritē Pomponij filiū Numā esse scripserūt.

Tallus Sabinorum prænomen fuit. de quo
Festus. Dionysius etiā cum Tatio rege Sa-
binorum Romam commigrasse ait Tallum
cognomine Tyrannum.

Turnus Latinorum fuit, vt in Turno Her-
donio Aricino.

Sertor auctore Valerio dictus est, qui per sa-
tionē natus esset, eōq; prænominē Sertor Re-
sius vsus est, is qui primus ius feciale instituit.
Festus autē Sertorē à prendendo dictū à qui-
busdam ait, quia quū cuiuspiam afferat manū,
educēdi eius gratia ex seruitute in libertatē,
vocetur adfertor, quū verisimilius sit dictum
q̄ sereret quid: ac potius adfertorem à serendo
accepisse nomē, quū aliquē serat, petendo
in libertatem eandem qua ipse sit, id est iun-
gat, quia fruges, quum serūtur, terræ iungit.

Statium prænomen à stabilitate dictū tradi-
dit Festus: seruire autem nomē fuisse, Gellius.
*QVEM AD MODVM RO. PRAE-
nomina scriberentur, & errores quidam
in iis scribendis sublati.*

His rebus expōsitis, reliquū est vt (quod in
scholiis etiā Liuianis fecimus), qua ratione
hec ipsa prænominā scriberētur, tradamus. id
enim maximē rem causāq; cōtinere vide-
tur. Romanorū igitur prænominū alia singu-
lis, alia binis, alia ternis literis scribi solita,
cūm à veteribus traditū, tū ab antiquissimo
quoq; lapide numōq; ita retentū est vt nihil
ea re possit esse illustrius. Auctores sunt Plu-
tarchus in quæst. Sosipater, Donatus & Pri-
scianus: quorū verba recitarē si rem indigere
probatōnis putarē. Singulis literis scribebā-
tur, Aulus, Cæso, Caius, Quinctus, Decimus,
Lucius, Marcus, Manius, Numerius, Publius,
Titus, vt A. Postumius, C. Iulius, K. Fabius, Q.
Cecilius, D. Iunius, L. Licinius, M. Valerius,
M. Curius, N. Fabius, P. Cornelius, T. Māli:
Binis, Appius, Cnæus, Spurius, Tiberius, Opi-
ter: vt Ap. Claudius, Cn. Pōpeius, Sp. Veturi,
Titus Æmilius, Op. Virginius: Ternis, Ma-
mercus, Sextus, Seruius, Tullus: vt Mam. Æ-
milius, Sex. Iulius, Ser. Cornelius, Tul. Hosti-
lius. Neq; verō horū omniū antiq̄ notē in
libris sunt cōseruate, verūm nō nullorum ita
aut vetustate aut negligentia sunt deletæ, vt
non solum nulla vestigia nobis sui relique-
rint, sed ipsa etiā in alia prænominā transmi-
grauerunt. Cui tamē incōmodo nos & apud Li-
uiū & in Fastis ipsis ita occurrimus, vt & sua
euiq; prænominā reddiderimus, & ea p̄priis
euiusque, que desiderantur, notis distinxe-
rimus. Ac primū quidē, quoniā multos esse

animaduert qui D. Decium interpretarētur,
notū quidē errorē, sed errorē tamen, tollere
vultui. nam praterquā quōd Decius est gen-
tis nomen, Græcorum etiā monumenta sa-
tis indicant, quoties in libris Latinis aut aliis
eiusmodi monumentis D. loco prænominis
scriptum est, Decimum esse exponendum,
quia δέκιμος plerunq; habent, non δέκιος.

Manius scribebatur hoc pacto M'. Id autē
ex eo argumēto collegi. Animaduerti Curiū
Dentatū, quē libri Latini, Græciq; plerunq;
Maniū Curiū nomināt, in quarto eius triū-
pho Capitolino ita describi, M'. Curius, M. F.
N. Dentatus. eadē ratione Valerium, qui anno
cclxx. dictator est, & à Dionysio Manius
Valerius dicitur, in fragmētis Capitolinis ita
vocari, M'. Val. n., præterea cōsules, qui an-
no cxxc. in cōsulibus Capitolinis M'. Vale-
rius, & M'. Octacilius scribūtur, à Polybio Μά-
νιος Ουακίλειος, & Μάνιος Ο'τακίλειος nominari.
Hæc igitur ipsa quū legissem, accuratior de-
inde factus sum in Aciliis & Aquiliis, Æmi-
liis, Sergiis, cæterisq; eiusmodi suo prænomi-
ne decorādis, quos in antiquis monumentis
iisdē notis esse descriptos, apud Græcos serē,
aut Manios aut Mallios finitimo errore voca-
tos esse reperiēbā. Quibus rebus adductus, tū
prænomē tū eius antiq̄ notā linguæ Lati-
næ restitui, eāq; ipsa re historiā ipsam Roma-
nā, quæ magnā iacturā fecerat, subleuauī. Pu-
to autē veteres his notis M'. & M' distingui
Maniū à Mareo voluisse, qui M. litera nota-
tur. Iccirco autē dixi & M'. Nam quæ nota in
Capitolinis tabulis est M'. ea est in numis ar-
genteis M'. vt M'. Cordius Rufus. M'. Acilius
Iunior valetus. M'. Sergius Silus. Quos numos
cūm apud alios, tum maximē apud clarissi-
mū virum Andrēam Lauredanum, patri-
cium Venetum, reperi.

Numerius N. litera scribebatur. Itaq; ego &
prænomē & prænominis notā renouaui, quæ
iā prorsus vetustate obsoleuerat. Etenim quū
hoc esse Fabiæ gētis prænomē ex Festo & Va-
lerio didicissem, quūmq; ex Fabiis eū primū
Numeriū esse dictū, qui Q. Fabij filius esset
eius qui, cccvi. ad Cremerā interfecit, su-
peruit, scirē, eundemq; in Capitolinis cōsu-
libus anno cccxlv. N. Fabius Q. F. Q. N. V. b-
bulanus describi animaduertē, nō dubitauī
quin & in eo & in cæteris Fabiis, qui N. Fabij
scribebātur, Numerius esset interpretandum.
Quod ipsum deinde ex Diomede & ex Vale-
rij lib. 4. c. 3. apertius etiā cognoui. Nam Dio-
medes Numerij prænomē N. litera designatū
fuisse scribit, & qui in Capitolinis triumphis
N. Fabius Pictor scribitur, is à Valerio Nume-
rius Fabius Pictor appellatur. Hæc autē nota
est in L. Sextio, Sex. F. N. N. Sextin. Laterano. &
in epigrammatis antiq̄a vrbis, N. Iunio Epi-
gono. In libris autem Latinis ita euauerat, vt

nullam propè sui imaginem reliquisset, sed in C. N. & M. & C. euaserat.

Cæsonis etiã nota K quã interuisset, ex *Tertio Scauro* & *lapidib. Capitolinis* restituta est. Quod tamen intellectu non admodum fuit difficile. nam quum in *Fabiorum* gente, quos *Cæsonis* filios aut nepotes esse *Liuius* & *Dionysius* scribunt, eos in marmoribus *Capitolinis*, K. F. K. N. describi animaduertent, in eã ueni sententiã ut pro K. *Cæsonis* esse intelligendũ putarẽ. Quam literam eos iccirco in hoc prænominis uersasse existimo, ut à *Caio*, qui C litera notatur, internoscatur in quã literam passim in libris Latinis mutata erat.

Tiberius duabus literis notatũ fuisse, & *Probus* tradit & antiqua marmora testimonio sunt, in quibus quoties T. i. inuenitur, semper *Tiberius* in *Græcorũ* monumẽtis est scriptus, ut in *Sempronis*, *Æmiliis*, *Claudis*q; *Neronibus*. Hęc autẽ ratio scribẽdi, præterquã in paucis, hoc tẽpore seruabatur. Quã certẽ in omnibus nostri nõ neglexissent, si *Plutarchi* uerba in quæstionibus scripta attendissent, à quo inter ea prænominia, quæ duabus notantur literis, *Tiberius* numeratur. quanquã uerba eius mēdosa sunt, inquit enim alia prænominia binis fuisse notata literis, ἀπὸ τῶν Βαβυλωνίων καὶ τῶν Τραυόν, quũ sit legendũ ἀπὸ τῶν Τιβέριον. quam uocẽ omnes qui hucusq; eius loci testimoniu protulerunt, (fuerunt autẽ plurimi) quisq; cũ libru Latinẽ uerterunt, ut superuacaneã omiserunt. Miror autẽ amicũ meum in libello De nominibus ita scribere T. i. *Titus*. ut T. *Ampius* (quãuis in *Sempronio Græcho* *Tiberiu* significet) in quo multi errant. miror (inquã) eũ ea scribere, quæ neque scriptorũ neq; lapidũ neq; numorũ auctoritate cõprobare possit, quũ in omnib⁹ sit *Ti. Sempronius*, non *T. Sempronius*, nisi mendosẽ.

Mamercus prænomen quũ esset prorsus tenebris uetustatis oppressum, in lucẽ cõduximus. Quod ipsum unã cum eius nota debemus tum *Capitolinorum* marmorum, tum maximẽ *Græcorum* annalium monumẽtis.

Tullius item & *Opiter* eodem in numero poni possunt. Nam quum ab omnibus passim integra scriberentur, ea à nobis ad antiquæ scripturæ formulã ex *Prisciani* & *Probi* auctoritate redacta sunt, ita ut ille tribus, hic duabus literis notaretur.

De *Seruo* prænominis, quod nonnulli *Serg.* scribere cõperant, quasi esset gentis *Sergiarum* nomen, non dicam. est enim error iam satis à multis exagitatus.

Agrippa modò omnibus literis descriptus est, modò plerisque, ut in *Capitolinis* cõtulis an. ccc. l. *Agrippa Menenius Lanatus*, & cccxxxiiii. *Menenius Agrip.* F. Reliqua omnib. ut an. cccxxxvi. *P. Lucretius Hosti* F. ccc. P. *Sexti* us *Vibi* N. & cccxxxviii. *C. Valerius Volusi.* N. ccclii. *L. Iulius Vopi*

si. N. at *Volero* plerisque, ut ccc. l. iii. *L. Publius Voler.* N. Hactenus de notis prænominũ, de quibus nõ ita admodũ longa disputatione opus fuisset, si amicus meus qui de nominibus scripsit, in his tradẽdis, eadẽ qua ceteris solet in rebus, diligẽtia usus esset. Ille enim satis esse duxit admonuisse, quædã prænominia unã litera notata, ut *M. P. Q. L. C. D. T.* quædam duabus. ut *S. P. A. P. C. N.* quædã tribus, ut *S. E. R. S. E. X.* quæ omnibus nota erant: quæ uerò omnibus ignota, ea præterit. nihil enim de *Manio*, nihil de *Numerio*, nihil de *Cæsonis*, nihil de *Tiberio*, & *Priscis* eorũ notis, nihil de significatione eorũ, nihil de tota hac tam multiplici & varia ratione, nisi quæ multis iã sæculis sciebamus, sine ulla tamen auctoritate, tradidit: ita ut nisi quatuordẽcim prænominia cognouisse uideatur, aut certẽ, si plura cognouit, nõ, nisi ea quæ omnibus erant in promptu, & quæ nulla ex parte deprauata erant, docuisse, quæ autẽ intercederãt, aut corrupta erant, pro notis præteruisse. Neq; uerò consultò omisisse potest, quippe quum inter prænominia statuat ea etiã quæ prænominia nõ sunt, ut *Licinius*, in *Licinio Menenio Lanato* apud *Liuiũ*. Quũ *Licinius* sit gentis nomen, & apud *Liuiũ* legendum sit *L. Menenius Lanatus*, quod ipse in scholiis *Liuianis* docui. siquidẽ *Diodorus* eũ nominat, Λικίνιον Μενένιον Λανάτων. Ergo si breuitati studuit, cur ea quæ prænominia nõ sunt, pro prænominibus attulit: si nihil ex iis quæ ab alijs, ut ipse se facturũ p̄tendit, dicta erant, prætermisit, cur ignotissimũ & obscurissimũ quòdq; præterit?

De duorum prænominum pronuntiatione,

Caij & Cnei.

Iam uerò illa nõ cõtemnenda ea uidentur quæ de duorũ prænominũ pronuntiatione à ueteribus tradita sunt, *Caij* & *Cnei*. Quæ ipsa cũ C litera notetur, *G* tamẽ sono pronuntiantur *Diomedes* his uerbis testatur, *G* nona cõsonans est, in cuius locũ *C* solebat apponi, ut & hodie quũ *Gaium* *Cæsare* notamus, scribimus *C. Cæsare*. ideòq; p̄st *B* literã tertio loco digesta est, ut apud *Græcos* *I* posita reperitur in eo loco. Et alibi, *N* prænominis nota *Numerium* significat, & præposita sibi *G* *Gnẽũ*, quẽ antiqui *Cnẽũ* scribunt. Et *Valerius*, *Cnæi* prænomen varia scriptura notatũ est: alij enim *Cnẽũ*, alij *Gnẽũ*, alij *Nẽũ* scripserunt. Qui *G* litera in hoc prænominis usi sunt, antiquitatẽ sequuti esse uidentur, quæ multũ ea litera uia est. Olim enim dicebãt *frugmentum*, p̄st *frumentum*: olim *gnaturam*, p̄st *naturam*. itaque etiam qui in corporibus gigni solet, *Gnæus* appellatur. qui *Cnæum* dixerunt, corruptione syllabæ delatati esse uidentur: qui *Næum*, leuitate.

Quæ prænominia pro cognominibus uersurata sunt.

Fuisse præterea aliquot etiã prænominia quæ

lōgo pōst tēpore pro cognominibus vsurpare cōperint ex venstis non solum grāmaticis, sed etiā annalibus intelligitur. Quod ipsū in Agrippa, Voluso, Mamercio, Proculo & Tullo facillē perspici potest. quæ in L. Vipsanio Agrippa, L. Valerio Voluso, M. Æmilio Mamercio, C. Plantio Proculo, L. Volcatio Tullo, viris cōsularib. cognomina esse perspicuū est. Quod etiā tradit Valerius his verbis, Quæ olim prænominina fuerunt, nunc cognomina sunt, vt Postumus, Agrippa, Proculus. Itēque Priscian. lib. 2. his, Inueniuntur autem multa quæ in aliis personis sunt prænominina, loco cognominum accipi.

De prænominibus femininarum.

Sanē restat vt quoniā de virorum prænominibus satis dictū est, de feminarū prænominibus dicendū esse videatur. Quod eō accuratius mihi faciendū esse existimo, quod amicus meus nulla antiquorū auctoritate adductus, suo iure, feminas Romanas omnino caruisse prænominibus docuit. sic. n. in lib. De nominibus loquitur, Mulieres à nomine gētis vocabātur, & vno tantum nomine, vt Porcia, Cornelia, Iulia, Tullia. Itē Plutarchus in Problem. vbi quærit cur maribus nono, feminis octauo die nomina imponerētur, ait, Mulieres vno aut duobus appellabantur nominibus. Ego duobus appellari nunquā obleruauī, ni fortasse prænomen illud significare voluit Plutarchus, quod est omnibus mulierib. cōmune, vt dicerentur Caiæ. Hæc ille se obseruasse ait. ab hac autē obseruatione omnium auctorū tum lapidū etiā veterum testimonia maximē dissentiunt. Scriptorum primum verba recitabo, pōst lapidū. Valerius ita, Antiquarū mulierū frequenti in vsu prænominina fuerunt, Rutilla, Cefella, Rodocilla, Mutrulla, Burra. Ista prænominina à virilibus tracta sunt, Caia, Lucia, Publia, Numeria. Festus verō ita, Prænominibus feminas vsas esse testimonio sunt Cæcilia & Tarratia, quæ ambæ Caiæ solitæ sint appellari, pari modo Lucia & Tita. Varro autē ita, In nostris nominibus, qui sumus in Latio, & liberi, analogia necessaria. itaq; ibi apparet analogia, ac dicitur Terētius vir, Terētia femina, Terentium genus. In præsensibus nominibus idē nō fit itē, quod hæc instituta ad vsuū singularia, quibus discernerētur nomina gētilicia, vt à numero, Secūda, Tertia, Quarta: in viris, vt Quintus, Sextus, Decimus: sic ab aliis rebus quū essent duo Terētij, aut plures, discernēdi causa, vt aliquid singulare haberēt, notabāt forsitā ab eo qui manē natus diceretur, vt is Manius esset: qui luci, Lucius: qui post patris mortē, Postumus. E quibus quedā itē cecidisse in feminis, proportionē appellata declarāt Prænominina antiqua mulierū, Mania, Lucia, Postuma. Videmus. n. Maniā ma-

trē Larū dici, Luciā Volumniā Saliorū carminibus appellari, Postumā à multis post patris mortē etiā nunc appellari. Iccirco autem dixit, Quedā. nā paulō ante dixerat, Nō quia Marcus & Numerius dicitur, iccirco Marcā & Numeriā dici. Postremō Plutarchus in Mario Posidoniū reprehendit, qui quū primum nomen propriū esse diceret, nulli tamē mulieri primū nomen esse dicebat. ex quo efficiebatur, mulieres proprio nomine caruisse. Itaque idē in quæstionibus apertē scribit, mulieres duobus, viros tribus nominibus esse vsos. sic enim ait, *χρησται δὲ ὁμοίως ὀνόμασιν αἱ θήλειαι, ὅμοιόν δὲ οἱ ἀρσενικοί.* Itaq; miror amicū meū Græcarū literarū peritum ita vertisse, Mulieres vno aut duobus appellabātur nominibus. Nō enim Plutarchus inquit, vno aut duobus, verūm expressē duobus. Idē præterea auctor est Romulū ex Ersilia filiā vnā suscepisse, eamque ab ordine procreationis Primā appellasse: itēque Sullæ dictatori filiā ex Valeria esse natā, eandēque (quia post obitum patris nata erat) Postumam esse vocatam.

Hæc ex auctoribus, quibuscū lapidum etiā testimonia consentiunt. Extant epigrammata duo Mutinæ vetustissima, vnū in turri D. Geminiani, alterū apud eruditissimū virū Ludouicū Casteluëtrum, in quibus *prime* mētio est. ea verō sunt hæc, *Salvia C.F. Sex. Tullius Sex. F.V. sibi & prima fecit. & suis & prime Valeria Sp.F.* Et in multis epigrammatis antiquæ vr̄bis, *Iulia secunda, & Cornelia secunda.* Itē in eodē libro: *Tertia Priscie Ionia Salvia.* Tertiā item Iuniā legimus apud Sueton. in Cæsare, & apud Macrob. lib. 2, quā Tertullā vocat Cicero lib. 13. epist. ad Atticū, & Valerius Paullo Æmilio filiam fuisse ait nomine *Tertiam.* vnde Paullus apud Cic. O mea Tertia, inquit. De Quarta est inscriptio vetus in prætorio Patavinō eiusmodi,

V. F.	Et apud Liu. li. 40. Quarta
T. LIVIUS	Hostilia memoratur.
LIVIA ET. F.	Quinctæ mētio est apud
QUARTAE. L.	Liuii lib. 28. vt Quincta
HALYS	Claudia. Itē apud Cic. in
CONCORDIALIS	oratione p Cælio, & de
PATAVI	aruspicū responsis. Præ-
SIBI, ET SVIS	terga epigrammata duo apud
OMNIBVS	Horatium Maleguntium clarissimum iuuenem sunt in agro Regiensi eiusmodi,
QUINCTAE NONIAE SEPTIMIVS	
RVSÆ ET	O. L. NICEPOR-
NONIAE Q. F. QUINCTVLAE & SEPTIMIA SP. F. QVINTA	

De Lucia extat etiam tale Mutinæ monumentum in sepulchro marmoreo.

MEMORIAE CLA. FEM.
L. PAEDVCEAE IVLIANAÆ
MORIB. NATAL. AC PVD. PRISCIS

IN LUSTRIBVS Q. FEM. COMPARANDA.

QVAE VIXIT ANNOS XIII. D. XLVII.

CVM MARITO FECIT ME. V. D. XX.

L. NONIVS VER.

De Mania tale est in lib. epigr. antiq. vrbis.

M. ACILIAE M. F. IVSTINAE.

P. SIRIVS SERPICANVS MARITVS.

VXORI OPTIMAE, ET KARISSIMAE.

Et alio loco,

POPPIDIA SP. F. A. XTIX.

IVLIA PROCLA F. EIVS. V. A. X. M. III.

Est autem *Proculus* Iuliorum prænomen, vt in *Proculo* Iulio regnante Romulo. de quo *Liuius* & *Dionysius*. In eodẽ libro est *Flaminia Aug. L.* multaque eiusmodi alia. Quibus ex omnibus cum illud intelligi arbitror de quo dicere coepit, mulieres præter *Caiam*, alio aliquando prænominem esse vsas, tum illud etiã (quod idẽ ne fieri quidem vnquã se obesse uasse profitetur) prænomena modò præponis, modò postponi cõsueuisse. siquidẽ *Primam Valeriã*, & *Saluiã Primam*, ac *Quartã Hostiliã*, & *Liuiam Quartã*, ac *Quintam Noniã*, & *Noniam Quinctulã* scriptas esse, animaduerti potest. Quod idẽ in *uiris* *Liuiis* etiã fecit, qui *Atrius Tullus*, *Atrius Naues*, *Manlius Cnaeus*, & *Octavius Merius*: & *Cicero*, *Maluginensis M. Scipio*: & *Suetonius*, *Claudius Appius Regillanus*, & alia eiusmodi dixerunt. *Caiam* præterea, quod cõmune omnibus mulieribus prænomen fuit, & in uerba notatam fuisse, contraque *Caiam* in *uiris*, satis est ex *Probo* aliisque veteribus grammaticis atque lapidibus perspicuum.

De prænominibus imponendis.

Nunc, quoniã ad rem pertinet, quid de prænominibus imponendis veteres senserint, explicemus. Ac sanẽ qui de tẽpore tradunt, quo ea imponeretur, auctores habent nobiles illos quidẽ & magnos, verum ita inter se dissidentes. vt vtrã sequaris sententiã, faciliẽ statuere nõ possis, nisi aliud aliis tẽporibus obseruatũ esse intelligas. Quid est enim tam dissimile, quã ea quæ à *Valerio* & à *Plutarcho* Festo ve scribuntur: quorũ ille pueris nõ priusquam togã virilem sumerent, puellis non antequam nubarent, hi verò maribus quidẽ non, feminis autem octauo die imponi cõsueuisse prænomena tradunt. Verba *Plutarchi* sunt hæc in quæstionibus, ἡδὲ ὑπὸ πάλαι, τοῖς δὲ ὑπὸ πρῶτον ἐναρτάσις, τοῖς δὲ ὑστερον, ἡδὲ ὑπὸ πρῶτον τῶν ἡμετέρων. Festi verò hæc, Lustrici dies infantium appellantur, puellarũ octauus, puerorum nonus, quia his lustrantur atque eis nomina imponuntur. De ratione autem imponendi satis constat, suis quenque filiis ea prænomena indidisse quæ lustræ essent cuiusque familie maximẽ propria, ac primum quenque filium patris esse prænomen plerunque vsus, eandẽque deinceps rationẽ in adoptiuis filiis & liberis & nouis

ciuibus esse seruata, vt à quo quisque adoptatus esset, aut per quẽ quisque vel libertatem vel ciuitatẽ consequutus esset, eius maximẽ nomina vsurparet. Ac primum quidẽ quod dixi, suã quenque familie propria prænomena imposuisse, intelligendũ est, non omnia omnibus familiis prænomena fuisse communia, sed alia aliis fuisse familiaria. *Appius* enim vix in alia quã in *Claudia* gẽte patricia reperitur. *Marco* nequis vteretur decreto gentis *Manliæ* patriciæ cautũ esse: *Lucium* à *Claudis* repudiarum, *Cnaum* & *Lucium* à *Domitiis* *Ahenobarbis* tantũ fuisse probatos, *Suetonius* in *Tiberio* & in *Nerone* tradit. Quod autẽ plerunque primum quisque filius prænomenẽ patris tulerit, id ex familiis iis quas in scholiis *Liuianis* digessimus, animaduerti potest. Fuisse autẽ quandã distinguendi rationem, si eodem pater & filius prænominẽ præditi eodẽ tẽpore floruisent, hinc intelligi licet, quod *Cicero* *Q. Q. Catulos*, modò patre, modò filio, modò senẽ, modò adolefcente distinguit. Quod idem de *Q. Q. Fabiis Liuiis*, de *c. c. Curionibus* *Suetonius*. Neque verò de adoptiuorũ appellatione multa mihi esse dicenda existimo, quum à multis iam res sit ex veterum annal. obseruatione tractata. Illud tamẽ dicam, *Dionẽ* lib. 40. & 46, huius auctorem sententiã esse: qui adoptaretur ab aliquo, eos nomina illorum omnia, à quibus adoptarentur, ferre cõsueuisse, suum vero gentilicium nomen retinuisse illud quidem, sed aliquo tamen modo cõmutasse. vt *C. Octavius* qui dicebatur, postea quã à *C. Iulio* *Cæsare* est adoptatus, *C. Iulius* *Cæsar* appellari coepit, ita tamen vt gentilicium *Octaui* nomen nõ desereret, sed id quo dammodo commutaret, & *Octauianum* pro *Octaui* redderet. Idem in *P. Cornelio* *Scipione* *Æmiliano*, & in *L. Mælio* *Acidino Fuluiano*, & in *P. Licinio* *Crasso* *Muciano* factũ est: qui omnes ab eo à quo adoptati erant, nomina sumpserunt. Eodẽ spectãs *Cicero* lib. epist. ad *Attic. III.* dixit, *Cicero* salutẽ *Q. Cæcilio* *Pomponiano* *Attico*. Eodem etiam referuntur ea quæ ab eo scripta sunt lib. 7, *Dolabella* video *Liuiæ* testamento cũ duobus coheredibus esse in triente, sed iuberi mutare nomen. Quod autẽ scribit *Dio*, id etiãsi verũ est, non ab omnibus tamen vbique retentum est. Neque enim *Aurelius* *Orestes*, qui à *Cn. Aufidio*, nec *Calpurnius* *Piso*, qui à *M. Pupio* (vt scribit pro domo *Cic.*) adoptati fuerunt, aut *Aurelianus*, aut *Calpurnianus* appellati sũt, sed ille *Cn. Aufidius* *Orestes*, hic *M. Pupius* *Piso* nominatus est. Eadẽ etiã ratione ne *P.* quidẽ *Cornelius* *Scipio*, qui, *Dione* auctore, à *Q. Metello* *Pio*, nec *M. Iunius* *Brutus*, qui, teste *Plutar.* à *Q. Sertilio* *Cæpione* sunt adoptati, aut *Cornelianus*, aut *Iunianus*, sed ille *Q. Cæcilius* *Metellus* *Pius* *Scipio*, hic

Q. Scruilius Capio Brurus est appellatus. vt Dio lib. 40, Cicero in Philippicis, numi argētei testantur, in quibus numis est ita,

Quintus Metellus Q. Capio Brurus pro Scipio. Cōf.

Metellus autē hic Scipio P. Corneli Scipionis Nasicae filius naturalis fuerat, teste Dionē, qui ita ait lib. 40, ο Πομπηίος Κόιντος Σκιπίων πειθεῖται ὅτι τὰ ἀποσείλειτο ἄγος γὰρ γινῆσθαι νῖο εἰς τὴν Νασικαὴν ὄντα, ἐκ δὲ τῆς κληῖδος διαδοχῆς ἐς τὸ τῷ Μετρίῳ τῷ Εὐσεβίῳ εἰς ἄλλοις πομπηίῳ. id est, Pōpeius Q. Scipionem socerum sibi collegam ascieuit, qui naturalis filius fuit Nasicae ille quidē, at adoptatus à Q. Metello Pio. Quod quum ita sit, nescio quid in mentē amico meo venerit scribere in libro De nominibus ita, Cicero lib. epist. ad Att. 6. Scipionē hic Metellus proauum suum nescit censorem nō fuisse. Significat Scipionē Asiatici illius filiū, qui adoptatus fuit à Q. Metello Pio. Cur mirer, hāc causa est, nemo enim Asiatici filiū fuisse Scipionē hūc scribit, nisi quem hic sequitur Dionis interpres. Neq; verō omnino hic Scipio Metellus Asiatici filius esse potuit, sed Nasicae primū, quia hic idē P. Cornelius Scipio apud Eutropium, & Eutropij Graecū interpretem Praenium nominatur: & P. Scipio in Epitomis, & apud Ciceronē pro domo dicitur, quū ait, Atqui C. Atinius patrum memoria bona Q. Metelli, qui eū ex senatu censor eiecerat, aut tui. Q. Metelle, & tui P. Scruili, & proauū tui P. Scipio. Asiatici verō Lucij praenomē tulerunt. Deinde quod in Bruto auum huius vocat P. Scipionem Nasicae oratorē, proauum P. Scipionem Nasicae Scipionē, oratoris patrem, abauum verō P. Scipionem Nasicae Corculum Serapionis patrem: quae quum in Asiatici filium cadere nullo modo possint, in Nasicae certē maximē cadunt hoc modo,

1 P. Scipio Nasica Corculi. C. Laelius cos. 613. abauus Scipionis Metelli.

2 P. Scipio Nasica Scrupio. Lælia filia, vxor Q. Mucij Scæuola aug. cos. 636. proauū Scipionis Metelli.

3 P. Scipio Nasica orator. Mucia filia, vxor L. Licinij Crassi oratoris cos. 658. auū Scipionis Metelli.

4 P. Scipio Nasica, pater Licinia filia, vxor P. Scipionis Nasicae, patris Metelli Scipionis.

5 P. Scipio Nasica, qui adoptatus à Q. Metello Pio, Q. Metellus Pius Scipio dictus est. cos. 701.

5 P. Scipio Nasica, qui adoptatus à Q. Metello Pio, Q. Metellus Pius Scipio dictus est. cos. 701. Descripsi autem etiā maternos Metelli auos ex Ciceronis sententia in Bruto, nequiscundē de maternis, non paternis intellexisse suspicari posset, atq; ita rē (quā fieri ne hoc quidē pacto potest) ad Asiaticos traheret. Hāc autē cōmutandorum ex adoptione nominū ratio cum in aliis tū maximē in M. Licinio Lucullo. C. Cassij in cōsularū collega Ciceronis interpretes decepti, qui quū in Verre M. Terentiū, C. Cassium cos. ac legem Terentiā & Cassiam nominaret, mendū esse in Terentio, & Liciniū reponendū esse duxerūt: quod profectō nō fecissent si adoptionem subesse intellexissent, quod ex fragmēto illius cōsularis Capitolino colligitur, in quo ita est, M. TERENTIUS M. F. VARR. LVCVLLVS C. CASSIVS. Ita etiā alibi A. TERENTIUS VARRO MURENA neq; enim Murena Terentiorū sed Liciniorum, vt Lucullus, cognomen fuit.

Transeamus ad seruos. Nō est autē dubiū quin quēadmodū quū seruitutē seruiebant, praenomen domini sequebatur ita, vt Lucipores, Marcipores, Publipores, Quinctipores: quasi Lucij, Marci, Publij, & Quincti pueri dicerentur, vt à Plinio & Quinctiliano scriptū est: ita etiā in libertatem vindicati, patroni à quo manumissi essent, nominā vsurpauerint. nā praeterquā qd exemplo sunt M. Tullij Ciceronis liberi duo, quorū alter M. Tullius Tiro, alter M. Tullius Laurea dictus est, & Liuius Andronicus poeta, quē à M. Liuiio Salinatore, cuius filios erudierat, libertate donatū scribit Eusebius in Chronicis: id etiā ex verbis Ciceronis ad Att. lib. 4, & Artemidori libro 1. effici potest. Cicero enim de Eutychede seruo Attici manumisso ita loquitur, De Eutychede gratū, qui vetere praenomine, nouo nomine Terit Cæcilius, vt ex me & ex te iunctus M. Pōponius. Artemidorus autē de serui cuiusdā somnio ita, Cognoui (inquit) quendā, qui quū sibi videretur tria pudēda habere, ex seruitute in libertatē vindicatus, pro vno nomine tria accepit, duobus nominibus ab eo à quo manumissus fuerat, sumptis. Iā verō eos qui in ciuitatem suscepti essent, illorū potissimū nomina tulisse quorum beneficio ciuitatē impetrassent, Latinorum scriptorum exempla ostendunt. nam & Cicero ad Aciliū ita scribit, Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est. ei Dolabella rogatu meo ciuitatē impetrauit: qua in re ego interfui. Itaq; nunc P. Coraelius vocatur. Itēque in Verrem, Q. Lutatius Diōdorus beneficio Q. Catuli à Sulla eius Romanus factus. Eadem

que ratione de Dione, qui beneficio Q. Metelli cuius factus, Q. Cæcilius Dio est appellatus. Et Cæsar lib. 1. De bello Gallico, ita; Cærodissimulū visum est M. Valerū Procillum C. Valerij Caburi filium, cuius pater à C. Valerio Flacco ciuitate donatus erat, mittere:

CVR GENTILICIA NOMINA
in *ivs* desinant, & quid Gens sit, &
à Familia differat.

His rebus expositis, reliquum est vt de nominibus gentilicis agamus. de quibus amicus meus sic scripsit, Sciendū omnia nomina quibus familia significantur, pferri in *ivs*, vt Porcius & Cornelius, Iulius. recte ille quidē, sed parū ad rē tantā. Illud enim docti hominis, & Romanę antiquitatis periti erat, causam ostendere, eamq; veterū vsu & auctoritate pbare. quā ipse (si potero) exponā. Credo enim eos ita factitasse, vt gētis originē eiusmodi deriuatione significaret, vt quēadmodū in voce deriuatio verbi, sic generis etiam, quæ voce illa exprimeretur, principiū in voce appareret. Siquidē antiquissimā quaque gentē aut à viro aut à loco, tāquā à fonte aliquo, manasse & nomē accepisse, perspicuum est ita quidē vt hæc deriuationis significatio in omnib. studiosissimē cōseruata sit. Hæc autē cōsuetudinē si in paucis quibusdā gētibus, & antequā vrbs cōderetur, & postquā cōdita est, sub regibus cōsulibusq; diligentissimē retentā esse ostēdero, tū neminē fore puto qui cōtrā dicat. Age, n. cur Iuliā gentē credimus aut Emiliā, aut Atiā, aut Nautiā hāc eiusmodi determinationē adeo religiose seruasse, nisi vt appareret in voce quod in re existit, ab aliquo ipsas initio deriuasse est autē ita. Nā Iuliā gēs Iuliū Æneā, Emiliā Emiliū Iulij filij, Atiā Atim, Nautiā Nautē Troianos viros sui generis auctores nūcupat. At verō cōdita vrbe nōne id etiā obseruatum est? Scribit enim Plutarchus Numā regem filios quatuor reliquisse, Pōponē, Calpū, Pinū, & Mamercū, ab hisq; Pomponiā, Calpurniā, Pinatiā & Mamercia gētes Romæ ppagatas. L. autem Tarquiniū Priscū scribit Dionysius Damarti Corinthij fuisse filij, & quū Tarquinius viueret Lucumonē Etrusco p̄nominē fuisse vocatū: vbi verō Romā cōmigravit, ad morē Romanū sibi nomina cōposuisse: itaq; cōmuni nomine se p̄ Lucumone Luciū, gētilicio verō à Tarquiniis vrbe nō se Tarquiniēsem, sed Tarquinium appellari voluisse. Idē fecit Ap. Claudius, qui ex Regillo Sabinorū oppido post reges exactos anno sexto se cū chētib. Romā cōtulit. Etenim quū Clausus autē diceretur, nō iā amplius Clausum, sed Clausū, post Claudiū dici se, vbi Romæ domiciliū collocavit, oportere existimauit. Itaq; ab eo ceteri omnes Romæ Cladij nominati sunt. Id autē ita esse, ex eo etiā intelligi po-

test quod ait Priscianus lib. 2, nomina hæc in *ivs* apud Romanos idem valere quod apud Græcos patronymica. verba eius sunt hæc; Nominum deriuatiuorū multa genera sunt. quorū patronymicū. i. qd à p̄p̄ris tātūmodo patrū nominibus deriuatur secūdū formatū Græcā, quod significat cū genitiuo primitiui filios vel nepotes, vt Æacides Æaci filius vel nepos. pro quo Romani nominib. familiarū vtūtur, vt Cornelij. Omnes. n. ab illo qui primus Cornelius appellatus est, hoc nomē habuerūt, quicunq; eiusdem familiae sunt, sicut omnes minores Thesei Theseidas Græci appellauerūt. Hæc ille. Idē autē sentit etiā Dionysius, qui in Prisco hæc nomina *oççp̄p̄is & m̄l̄p̄p̄is* vocat. Neq; verō dubiū est quin hæc tota ratio terminādī vsq; ad reip. interitū incorrupta peruenerit. Nam etsi nōnullos quasi gentilicij nominis expertes esse reperimus, vt M. Perpennā, & C. Norbanū cōsulares, quos ita & in libris & in Capitolinis marmorib. nominari videmus, id tamē cōtigisse videtur, aut q; ij cognomine magis quā nomine delectati sunt, vt M. Agrippa, cuius gētiliciū nomē in omnibus lapideis omisum est, quū tamen ex Vipsianorū cū gente fuisse Nepos & Dio tradiderint: aut certē q; ea nobis ignota sunt. Quæcunq; autē causa sit, nō est q; exiguus horū numerus tā religiosam tot aliorū consuetudinē impediāt, præsertim verō amico meo summo viro auctore, qui ita habere omnia sine vlla exceptione asseruit. Quid autem sit Gens, vnde ipsa omnia gentilicia dicta sunt, ac quid à familia differat, nunc dicamus. Inter gentem & familiam illud interest, q; gēs ad nomē, familia ad cognomen refertur. Itaq; illa tanquā totū continere videtur, hæc quodāmodo partē. ex pligratia. Valerij omnes vnus esse gentis dicuntur, quia vno nomine continentur omnes: at verō partes gentis huius sunt plures, quæ ex cognominū varietate distinctæ sunt, eaq; familia nominantur, vt in gente Valeria Maximi, Messalæ, Flacci, Læuij, Faltones: in Cornelia Scipiones, Lætuli, Dolabella, Sulla, Cinæ: in Emilia Mamercinij, Lepidij, Paullij, Scaurij, Barbulæ. itēq; in ceteris. At verō Valerij omnes vnus sunt gētis, itēq; Cornelij atq; Emilij. Itaq; rectē Festus gentē definiat eam quæ ex multis familiis conficeretur. Quod autē interest inter gentem & familiā, idē interest inter genus & stirpem. Quæ quidem ita esse, ex his veterum historiarum verbis intelligitur. Suetonius in Galba, Imagines vniuersi generis ex quo lōgum est, familia breuiter attingam. Qui primus Sulpiciorū cognomē Galbæ tulit, cur aut vnde traxerit, ambigitur. Et Liuius lib. 38, P. Scipio Nasica orationē habuit plenā veris decorib. nō cōmuniter Cornelie gētis, sed p̄p̄riæ familie. Et apud

Et apud Suetonium Casar, Ab Anco Marcio sunt Marcij Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Julij, cuius gētis familia est nostra. Et in Augusto, Gēs Octauia à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta, mox à S. Tullio inter patricias trāducta. primus ex hac magistratū cepit C. Rufus, is que storius Cnātū & Caiū procreauit, à quib. duplex Octauiorū familia defluxit, cōditione diuersa. Et Cic. in Bruto, Funebres orationes ipsa familia quasi ornāmēta seruabāt ad vsum, si quis eiusdē generis occidisset. Et Liu. lib. ix. Duodecim Potitiorū familias fuisse, quum gēs Potitia tota interiit. Et lib. i. Julia gēs Iulū auctore sui nominis nūcupat. Et li. septimo sic loquitur Valer. Coruus, Nō si mihi nouū hoc Corui cognomē diis auctorib. homines dedistis, Poplicolarū vetustū nostrę familia cognomē memoria excessit. Et lib. 40. Inde cognomē familie inditū, vt Annales appellatū. Et Catul. Non decet tam vetus sine liberis nomē esse, id est tā veterē gentem, qualis erat Manlia. Hęc de gēte, familia & genere. nūc de stirpe dicā. Cic. pro Rabirio, Qua in familia laus aliqua fortē floruerit, hęc ferē qui sunt eius stirpis, cupidissimē persequūtur. Et primō De legibus, Hic orti stirpe antiquissima sumus. Et in Lelio, Qui aliquandiu propter ignorantia stirpis & generis in famulatu fuerūt. Et lib. i. De oratore, Quid? qua de re inter Marcellos & Claudios patricios centūuiri iudicarunt? quū Marcelli à liberti filio stirpe, Claudij patricij eiusdē hominis hereditatē gente ad se redisse dicerent, nōne in ea causa fuit de toto stirpis & gētilitatis iure dicendū? Et Suet. in Claudio, Claudius Cn. Pompeio antiquissima stirpis Magni cognomē ademit. Quę autē ratio est inter gentē & familiā, eadē est inter gentiles & agnatos. vt. n. familia aut stirps nos propriis attingit quā gēs aut genus, sic agnati quā gentiles. Siquidē gētilis auctore Festo dicitur, qui eodē ex genere natus, & is qui simili nomine appellatur. rectē. quatenus n. ait, Ex eodē genere, eos intelligit qui eiusdē gentis euadem principē habent: quatenus, Si mili nomine, eos qui quāquam vno gentis nomine omnes vtuntur, tamen aliū atque aliū auctore sui generis nūcupant. quomodo Cicero in prima Tuseulana, se gētilē esse ait Ser. Tullij regis, quōd vterque simili gentilitio nomine vteretur, quū tamē ē diuerso vterque fonte manaret. Quū autē ad Herennium scriptū sit, Si furiosus existat, agnatorum gētiliumque in eo pecuniāque eius ius esto. nē, Si patet familiās intestato moritur, familia pecuniāque eius agnatorū gētiliumque esto: agnati profecto videntur esse qui ex eadē familia sint, quibus deficientibus, gentiles subeant. Nā Cic. dixit i. De oratore, Iura gentili-

tatū & agnationū. itē, Ius gentilitatis & stirpis. & de legib. i. Homines deorū agnatione & gēte tenentur: quū vtrāque coniunctionē cōplecti vellet. Amicus autē meus in suo libro de nominibus, gentē & familiā, gentiles & agnatos idem esse cenfer, quū ait, Agnomen familia est appellatio & gentis, vnde agnati & gentiles dicebātur qui ex eadē erant familia, vt Cic. in Topicis ait, & idē in Brut. Ser. Tullium regem gētilē suū ea de causa nominat. Mea autē sententia, Ciceronis sententiā perceptive non viderur, qui in Topicis gētilēs eos definit qui inter se eodē nomine sunt, id est ex eadē gēte, vt infra alio loco ostendā: familia verō aut agnatorū nō meminit. Est præterea intelligendū Plinium, gentiles nouo quodā modo appellare. siquidem seruos gentiles esse dominorum ait, quia eodem prænomine appellarentur quo dominus, vt Marcipor, Quinctipor, id est Marci & Quincti puer.

De Romanarum gentium origine.

Duos autē populos seminarū gentiū Romanarum fuisse reperio, Aborigines & Troianos, qui ambo ab Ænea (vt Liuius & Dionysius tradunt) cōmuni nomine Latini sunt appellati. Aborigines autē, qui ante aduentū Æneæ Latium, regnante Latino, tenebant, docet Dionysius ex Græcis in Italiā venientibus esse conflatos. Græcos autem hos nominat, Oenotriū ex Arcadia, Pelasgos ex Thessalia, Euandriū irē ex Arcadia, Herculem ex Peloponneso profectū. Atque etiā iidem scribunt Romulū superante Latinorum Albanorumque multitudine, urbē in Palatio condidisse. Quę quū ita sint, iam id dubium esse nō potest quin ad hos populos alij etiā plurimi accesserint, qui Romanam urbem gentibus repleuerint. Siquidē accepimus Romulū Cæninenses, Antemnates, Camerinos, Veientes, Fidenates, quos bello deuicerat. Sabinos verō etiā quibuscūm æquo Marte pugnauerat, in societatem nouæ urbis vocasse. Quineriā multas Etruscōrū vrbes se ad eum recepisse initio à Medullia factū, traditū est. Hoc autē Romuli institutū reliqui deinceps reges studiofissimē sibi conseruandum esse duxerunt, vt finitimas ciuitates aut vi aut beneuolētia sibi adiungerent, Romamque transferrent. Itaque Tullus Hostilius euerfa Alba familias eius urbis Romā traxit. Ancus Lucumonē Etruscū in senatū asciuit: Priscus Ser. Tull. Corniculānū sibi etiam generum adiunxit. Idē post quoque factū est, liberata regio dominatu rep. Neque enim vnquā destitum est, ciuitatem victis populis & gētib. dari, Italiāque ipsam municipiis deuinciri, quousque bello Marfico vniuersa ferē ciuitate donata est. Quo tempore multi etiā ne Italicæ quidem gentis virtutis ergō in ciuitatē sui-

cipi cepti sunt. Quoniam autem difficile, imo vero difficillimum est, omnium gentium originem inuenire, paucarum tantum quarundam fontes & initia indicabo: ex quibus intelligi poterit, idem etiam in reliquis factum esse. neque enim ullam aliam historiae Romanae partem tam & à veteribus & ab iis qui nunc sunt, neglectam esse comperi, quam quae hanc quaestionem continet.

Huius autem tractationis hos quasi fontes constituo, ut alias gentes à nominibus Aboriginum vel Troianorum, vel aliorum eiusmodi populorum, alias à praenominibus, nominibus & cognominibus, alias à locis, urbibus & populis, alias à quadrupedibus, alias à re alia dictas esse affirmem.

Gentes ab Aboriginibus & Troianis ortae.

Ac vitellios quidem Fauno Aboriginum rege, & *Vitellia*, quae multis locis pro numine colebatur, ortos tradit Suetonius in *Vitellio*.

Fabij à Fabio Herculis filio orti. Plutarchus in *Fabio*. Vnde Iuuenalis, *Natus in Herculeo Fabius Iare*.

Antonij ab Antonio Herculis filio. Plutarchus in *Antonio*.

Potitiam gentem antiquiorem origine urbis nominat *Liuius*, à *Potitio* illo senex qui ad tempus affuit epulis. *Seruius*.

Mamilij à *Mamilia* Telegoni filia. *Liuius*, *Dionysius*, *Festus*.

Multas praeterea gentes Romanas à Troianis fluxisse credit antiquitas. Itaque *Seruius* in 5. *Aeneid.* scribit *Varronem* librum reliquiss. de familiis Troianis, id est quae genus trahebant à Troianis: & *Iuuenalem* idcirco Troiugenas appellare nobiles Romanos quasi à Troianis genitos. Inter caeteras autem haec fuerunt,

Iulij à *Iulo Aeneas* filio. *Liuius*, *Dionysius*, *Suetonius*, *Virgilius*. Itaque *Proculum Iulium Romuli* tempore *Iulij Aescanij* progeniem vocat *Dionysius*, & ipsi *Iulij* cognomen etiam tulerunt *Iulij*. *Albani* fuit.

Amilij ab *Emilio Aescanij* Troiani filio, ut ait *Festus*. cui rei forte alludit *Virgilius*, quum dixit,

Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci

Audierat, Tyrias olim qua verteret arces.

Hinc populum late regem belloque superbum

Venturum excidio Libyae.

Et enim progeniem *Aeneas* & *Iulij* vocare videretur *Scipionem Pauli Aemilij filium*, qui *Imp. Carthaginensem* excidit: populum autem, legiones Romanas quae ab iisdem etiam genus trahebant, alioquin si progeniem & populum idem dicat, superuacanea iteratio videatur. Nihil tamen contra veteres affirmo, alij indicabunt. *Plutarchus* autem *Amilios* à filio quodam *Pythagorae Mamereo* dictos ait, qui summo lepore praeditus fuit, quae Graece *αμυλια* dicitur.

Atij ab *Ati*. *Virg.* *Atis*, genus unde *Atij* dicitur.

vere Latini. Quod *Augusti* causa dictum scribit *Seruius*, qui ex *Atia* matre natus est.

Nautij à *Naute Aeneas* comite. *Dionysius*, *Vergil.* & *Seruius* in 2. *Aeneid.* Quum *Diomedes* raprum *Palladium* sibi non esse aptum intelligeret, illud *Aeneas* transeunti obrulit, sed quum se ille capite velato sacrificans conuertisset, *Nautes* quidam simulacrum accepit, quare *Minervae* sacra non *Iulia* gens habuit, sed *Nautia*. Idem scribit *Varro* in lib. *De familiis Troianis*.

Cloely à comite *Aeneas* eius nominis. *Dion.*

Iunij à comite *Aeneas* eius nominis. *Dion.*

Sergij à *Sergesto* comite *Aeneas*. *Vergilius* lib. 5, domus à quo *Sergia* nomen.

Memmij à *Mnestheo* comite *Aeneas*. *Verg.* in 5, genus à quo nomine *Memmi*.

Cluentij à *Cloantho* comite *Aeneas*. *Verg.* in 5, genus unde tibi *Romane Cluenti*.

Geganij à *Gia* comite *Aeneas*, ut ait *Seruius* in 5. *Aeneidos*.

Cacilij à *Cacade* comite *Aeneas*, alij à *Caculo*, qui condidit *Præneste*. *Festus*.

Ab Italis.

Coely à *Coele Vibenna* Etrusco, qui se *Romam*, regnante *Romulo*, contulit. *Dionysius*, *Festus*, *Tacitus*, *Varro*.

Pomponij à *Pompono*, *Numae* regis filio. *Plutarchus*.

Calpurnij à *Calpo Numae* F. *Plutarchus*, *Festus*.

Pinarij à *Pino Numae* F. *Plutarch.* *Seruius* à quodam *Iene*, qui quia ad tempus ad dapes non venit, *Pinarius* dictus *δορυ τῆς πείρας*, id est à fame. Fortasse *Pinaria* gens duplex.

Claudy à *Clauso* *Sabino*. *Liuius*.

Valerij à *Valeso* *Sabino*. *Dion.* Itaque *Valesij* primum, post *Valerij* dicti. *Festus*. *Boni* autem omnis causa in delectu censurae primi nominabantur *Valerius*, *Saluius*, *Statorius*.

A praenominibus, nominibus & cognominibus.

Quae adhuc exposita sunt, ea locupletissimorum monumentorum auctoritate probata sunt, quae verò infra dicentur, verisimilibus potius quam veris argumentis nituntur. Vera autem esse nego quae veterum annalium fide carent. A praenominibus autem & nominibus & cognominibus gentes multae manasse videntur.

Ut autem praetermittam ea praenomina quae in tegra pro nomine gentilicio usurpata videntur, ut *Metius*, *Numerius*, *Appius*, *Stadius*, ut *P. Metius* in epist. ad *Marium*, & *M. Mettius*, & *Q. Mettius*, & *P. Mettius*, quae se in veteribus lapidibus *Romae* legisse *Pierius* scripta proficitur, quanquam duobus r. ut *Cn. Numerius* in lapide vetusto, qui est *Veneriis* in turri *diui Vitalis*: *M. Appius*, cuius lapidem citat *in Brutum* *Sebastianus Corradus*: *T. Stadius* apud *Liuium* tribunus plebis, & *P. Stadius* in antiquis lapidibus urbis antiquae, ut haec, inquam, omittam,

omitam, quæ aliquam fortasse quæstionem habere possint, at AVLI certè ab AVLO descendisse videntur. vnde Q. Aulius Cere-
tanus. Liuius, lapides Capitolini.

Cæsonij à Cæsone.

Cneij à Cnæo, vt de petit. consul. Ex eque-
stri ordine Pompilios & Cnæios.

Decimij à Decimo.

Hostij ab Hosto. Vnde epigramma antiq.
vrbis. P. Hostio. P. F. Senero. Et Plutarchus in
Romulo, L. Hostius.

Lucilij à Lucio.

Manilij à Manio.

Marcij à Marco, vel à Mamercio, vt ait
Plutarchus in Numa. Etenim vbi ait, à Ma-
merco Mamercios Reges, lego ipse, Marcios
Reges.

Lartij à Larre. quanquam Græcè Λάρτιος
scribitur.

Postumij à Postumo.

Proculij à Proculo.

Publij à Publio.

Spurilij à Spurio.

Seruilij à Seruio.

Sextij à Sexto.

Quinctilij à Quincto.

Titij à Tito.

Vibij à Vibo. vnde O. Vibius Panfa.

Volusij à Voluso.

Tullij à Tullo.

Ancij ab Anco. Vnde Sp. Ancius legatus
Fidenis interfectus. & Sp. Ancius Briso, de
quo in Bruto Cicero.

Petronij à Petrone.

Metilij à Metio.

Arruntij ab Arrunte.

Numitorij à Numitore.

Sertorij à Sertore.

Statilij à Statio.

Hæ à prænominibus, à nominibus verò hæ,

Sextilij à Sextiis.

Quinctilij à Quinctiis.

Atilij ab Atiis.

Porcilij à Porciis.

Hostilij ab Hostiis.

A cognominibus verò hæ,

Rutilij à Rutilo.

Varij à Varo.

Plautij à Plauto.

Fulvij à Fuluo.

Vennonij à Vennone.

Albij ab Albo. Varro.

Albinij ab Albino.

Licinij à Licino.

Silij à Silo.

Geminij à Gemino.

Gallij à Gallo.

Flauij à Flauo.

Plancij à Planco.

Catij à Cato.

Fictorij à Fictore. Vnde Q. Fictorius, de
quo Liu.

Cordij à Cordo. Vnde M. Cordius, in nu-
mis argenteis.

Papij à Papo. Vnde lex Papia à Papio lata.
vt Cicero De offic. ait, (Papia autè gens fuit,
quæ Mutili cognomen tulit, Appiano & lap.
Capi. auctoribus) non à Q. Emilio Papo, vt
amicus meus tradit in lib. De nominib. neq;
enim leges à cognomine appellantur, vt in
Ius designant, sed, si id fortè fiat, in Anus, vt
Gracchanæ leges, at non Gracchiæ: & Cæsa-
rianæ fortasse, non Cæsariæ. à nomine verò
semper, vt sempronix & Iulix. Vnde Cicero
in Philipp. prima, Quare acta Gracchi, Sem-
pronix leges proferentur. quare Sullæ, Cor-
nelix. Idem etiam improbat lectionem illam
in Lælio. Videmus Papum Æmilium C. Luf-
cinio familiarem fuisse. improbat autè, quòd
cognomen nomini nunquam præponatur.
quasi verò Liuius non sepe dixerit Macer Li-
cinus, Antias Valerius, Curfor Papirius: &
Cicero, Vetus Antistius: & Cælius: Balbus
Cornelius: & alij, Paullus Æmilius & Cris-
pus Salustius.

Furij, qui autè Fusij, à Fuso, quod etià co-
gnomen tulerunt.

Valerij, qui olim *Valesij*, à Valeso gētis au-
ctore. Itaque cognomen etiam tulerunt Vo-
lasi.

Ab vrbibus & populis.

Tarquiniij à Tarquinis vrbe Etruriæ. Dio-
nysius.

Gabinij à Gabinis item dicti videntur.

Cominij ab Cominis Italiæ populis. de qui-
bus Plinius.

Volscij à Volscis: vnde M. Volusius Fictor,
de quo Liuius.

Vatinij à Vatinis priscais Latinorum popu-
lis, quorum oppidum Vatia.

A quadrupedibus.

A quadrupedibus etiam multas gētes nū-
cupatas esse, idoneos testes habemus Plutar-
chum & Varronem. Plutarchus in Poplicola
ita, Quia pecudibus omnia bona constabant,
iccirco filiis suis eiusmodi nomina imposue-
runt, vt Porcios. Et Varr. lib. 2. De re rust. No-
mina multa habemus ab vtroque pecore: à
minore, Porcius, Quinius, Caprilus: à maiore,
Equitius. Eadem etiam ratione nos & *Asinos*
& *Suillios* adiungere possumus.

A ministerio aliquo.

Flaminij dicti, quòd flamini Diali mini-
strarent. Festus.

Pontificij fortè dicti quòd pontificibus mi-
nistrarent. ex quibus fuit Ti. Pontificius tribu-
nus plebis. de quo Dionysius & Liuius.

A voce aliqua.

Terentij à tereno, voce Sabina dicti, quæ molle significat, Varrone teste, vt ait Macrobius. quod si ita est, ergo & multi alij eodem modo, vt

Aurelij, qui antè *Aufelij*, quoddam publicè locus datus sit vbi soli sacrificium facerent. Festus.

Atricij ab Atro. Varro.

Publicij à publico.

Popillij à popillo.

Hirtij ab hirtio.

Iuuentij à iuuenta.

Saluij à saluo: vnde boni omnis causa primus Saluius in censu & delectu nominabatur. Festus.

Septij à numero septem.

Septimij à septimo.

Octauij ab octauo.

Nonij à notem.

Nonij à nono.

Decij à decem.

Decimij à decimo.

Quemadmodum vsus cognominum et agnominum sit inuentus.

Cur autè duobus nominibus Romani homines, non contenti prænominè & nomine, tertium etiam & quartum adiunxerint, quod cognomen vocarint, magna existere questio potest. Ac mihi quidem videtur eos primùm vt qui idem prænomen nomènque ferebant, nota aliqua internoscerent, hanc tertij nominis rationem excogitasse, post autè, quò cognominum vsus increbuisse, eisdem etiam sine eiusmodi causa cognomina indidisse. Hac ratione L. Tarquinium Priscum & L. Tarquinium Superbum, quum & prænominè & nomine cõuenirent, (inquit Dionysius) Priscum illum quod natu maior, hunc Superbum, quod contumacior esset, esse vocatum. Valuit autem in primis hic cognominum vsus ad confusam ipsarum (vt ostendi) gentium turbam distinguendam: Quod exempli causa in gente Cornelia perspicui potest: quæ cognominum varietatè in multas familias diffusa est, Maluginenses atque inde Cossos, Scipiones, Lætulos, Merulas, Cinnas, Sallas, Dabellias. Iterumque quum familia Maluginensium creuisset, quartis nominibus est in alias etiam familias distributa: ita vt alij Maluginenses Cossi, alij Maluginenses Scipiones, alij Maluginenses Lentuli, iterumque Scipiones, alij Africani, alij Asiatici, alij Naficæ dicerentur, neque enim probo amici emendationem ab eo traditam libro secundo annotationum, cap. 13. his verbis, Verba Ciceronis sunt libro secundo De orat. vbi agitur de salibus. Est autè ex hoc genere vetus illud quod aiunt Ma-

luginensem illum M. Scipionem, quum ex cetera sua renuntiaret Acidinum consulè, precòque dixisset, &c. Sed multum etiam me torquet quiddam in his nominibus M. Scipionem Malugin. Nam nusquam inuenio Scipionem tanquam familiae nomen poni, sed pro cognomine. Scio equidem per librarium errorem sæpe Scipionem legi pro Capionem. quare crediderim hoc etiam loco non Scipionem, sed Capionem legi debere. Ratio qua impellor est hæc. Scio Q. Seruilium Maluginensem sæpe à Liuiò nominari in libris primæ decadis, quò tempore Romæ creabantur tribuni militares. Scio quoque Seruilius cognomen habuisse Capionem, vt facillè possum affirmare hic esse legendum M. Capionem Maluginensem. hanc ergo ipse emendationem non probo. Nam quod ait, Liuium sæpe Q. Seruilium Maluginensem nominare, non est ita. Semel enim tantum libro quinto, anno cccclxxii. nominat P. Seruilium Maluginensem mendose, pro Ser. Cornelium Maluginensem, vt in scholiis Liuianis ostendi cum aliis testimoniis, tum quod eo anno Diodorus pro eo tribunum mil. cos. pot. edit Σερβίλιον Κορνήλιον Μαλούζωνα. Maluginensem autem fuisse cognomen non Seruiliorum, sed Corneliorum perinde atque Scipionem, apparet ex L. M. P. & Ser. Cornelius Maluginensibus, qui aut consules, aut tribuni mil. aut censors fuisse à Liuiò sæpe traduntur. Quod cognomen aliquot etiam ex Cornelis retinuisse, postquam alia cognomina inuenissent, cum hic locus indicat, in quo est M. Scipio Maluginensis, qui auctore Liuiò anno dclxxiiii. prætor fuit tum anno dclxxii. in Capitolinis tabulis, vbi est Ser. Cornelius C. N. F. C. N. N. Lentulus Maluginensis. vt omnino Scipionem, non Capionem legendum esse, contra quam ille censet, esse existimen. Neque enim intelligo qui illud sit, quod aiunt se nunquam Scipionem familiae nomen inuenisse, sed pro cognomine. Siquidem eandem rationem esse iudico, quum dico M. Scipio Maluginensis, atque quum dico M. Scipio Maluginensis, & P. Scipio Nafica, & P. Scipio Africanus, & alia eiusmodi multa. Sed ad propositum reuertamur. Ergo necessitas primùm cognomina excogitauit, post vsus, & commoditas custodiuit, & propagauit. Qui verò agnomen aliud esse à cognomine tradiderunt, ij mihi satis quòd sentiant non probant. Ex eorum verò numero grammatici veteres existunt, qui (vt supra dixi) cognomina appellat ea quæ tertio loco: quæ verò præterea adiciuntur, ea omnia agnomina nuncupant, vt Africanum & Asiaticum. Eiusmodi vero opinio facillè locuple-

locupletissimi auctoris Ciceronis verbis res-
 fellitur, apud quem animaduertere possu-
 mus, ea omnia cognomina dici quæ etiam
 quarto loco ponuntur. Sic enim ille ait pro
 Murena, Quam laudem ille Africa oppressa
 cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic
 sibi ex Asia cognomen assumpsit. Et in Sue-
 tonio, Eritque cognomen id tibi per te par-
 tum, quod nunc habes à me hereditarium.
 Idem Sapientem & Diuitem cognomina vo-
 cat, quæ tamen quarto loco erant in M. Por-
 cio Catone & in M. Licinio Crasso. Inquit e-
 nim in Catone, Cato quasi cognomen ha-
 bebat in senectute Sapientis. Et in secundo
 De offic. P. Crassus tum cognomine Diues,
 tum copiis. Hac de causa nos omnia, præter
 priora duo, cognomina appellabimus. Nam
 quod amicus meus in libro De nominibus
 agnomen pro nomine gentilicio sumit, atq;
 inde agnatos ducit, multo mihi minus ex iis
 quæ dixi, & iis quæ dicam, probatur.

Vnde cognomina tracta sint.

Deinceps sequitur vt vnde cognomina
 tracta sint, dicam ea quæ vel veteres prodic-
 derunt, vel ipse aut ratione aut opinione, se-
 quutus eorum regulas atque præcepta, con-
 sequi potui. Ac Plutarchus quidem in Co-
 riolano multos nobis huius questionis qua-
 si fontes ostendit, quum ait, Cognomina ap-
 ud Romanos imponi consueuisse, aut ab ac-
 tione aliqua, aut à forma, aut à fortuna, aut
 à virtute, perinde atque Græci *Συρῆες* & *Καλ-
 λίνους* ab actione, *Φυσκία* & *Γρύπων* à forma,
Εὐπρόκτις & *Φιλάνδρον* à virtute, *Εὐδάμωνα* à
 fortuna dixerunt: aut à salibus & dicacitate,
 quo pacto Græci Antigonum *Δόρωνα*, Prole-
 maum *Λάμωρον* appellarunt, Romani verò
 etiam Metellum vnum Diadematum, quod
 frontem ex vlcere diademate diu obligasset,
 alterum verò Celerem, quod celeritatem e-
 ius in apparandis funebribus patri ludis sunt
 admirati, vocarunt: aut à casu nascendi, vt
 Proculum, Postumum, Vopiscum: aut demum
 etiam à corporis vitiis, vt Syllas, Nigros, Ru-
 fos, Cæcos, Clodios, quibus nec cæcitas nec
 vllum aliud corporis vitium cõtumeliæ fuit,
 verum ipsa vitia pro nominibus propriis ac-
 quisissimo animo audita sunt. Plutarchus (vt
 dixi) in Coriolano. Mendum autem suspicor
 esse in exemplis eius: scribit enim *Σύλλας* di-
 ctos esse à corporis vitio, quum alia longè sit
 eius nominis origo, vt tradit Macrobius. Ita-
 que legendum puto *Σίλλας*, id est Silos. Sili au-
 tem sunt qui nasci sunt sursum versus adun-
 co, quod vitium est corporis. neque etiam pla-
 cet, eundem de cognominibus agentem Clo-
 diorum fecisse mentionem, quod nomen est
 gentis, quæ ne à vitio quidem corporis no-
 minata est, (vt antè dixi) nisi fortè Clodios
 pro Claudis acceperit. Claudus enim Quin-

ctiorum cognomen. Quæ autem scribit in
 Coriolano, eadem ferè tradita sunt ab eo e-
 tiam in Mario. Quinetiam Macrobius libro
 primo, alios à virtute, alios ab honore vel in-
 iuria, alios à casu cognomina ait inuenisse.
 Libro autem tertio aliquot etiam à studio pi-
 scium cognominatos esse ostendit. Præterea
 Plin. lib. 18. cap. 3. à rusticis operibus, libro au-
 tem 11. cap. 37, à vitiosis corporis partibus nõ-
 nullos cognomen traxisse ait. Postremò etiã
 Varro à maiore & minore pecore cognomi-
 na indita esse tradit libr. 2. De re rust. cuius
 verba ascribam, quia deprauata sunt & man-
 ca. Nomina, inquit, multa habemus ab vtro-
 que pecore, à maiore & à minore: à minore,
 Porcius, Quinius, Capilius: sic à maiore E-
 quitius, Taurus cognomina adsignificari, quod
 dicuntur Anni Capræ, Statili Tauri, Pompo-
 nij Vituli. sic à pecudibus multi alij, hæc Var-
 ro. Nemo est autem qui non intelligat hic
 confundi exempla nominum & cognominum,
 & sensum nullum bonum elici. Itaque, si ita
 legamus, erit sententia aptior: Nomina mul-
 ta habemus, ab vtroque pecore, à maiore, &
 à minore. à minore Porcius, Quinius, Capri-
 lius. sic à maiore Equitius, Asinius. Est autem
 intelligendum, quum dicimus Capram, Tau-
 rum, Vitulũ, cognomina adsignificari, quod
 dicitur Anni Capræ, Statili, Tauri, Põponij
 Vituli: sic à pecudibus alij multi. Quinctilianus
 eadem ferè docet libro primo. verba eius
 hæc sunt, Scrutabitur præceptor acer origi-
 nes nominum quæ ex habitu corporis, vt Ru-
 fos Longosque fecerunt: vbi erit aliud secre-
 tius, Syllæ, Burri, Galbæ, Plauti, Panfæ, Scäu-
 ri, taliæque. & ex casu nascentium: hinc A-
 grippa & Opiter & Cordus & Postumus e-
 runt. & iis quæ post natos eueniunt, vnde Vo-
 piscus iam Cottæ, Scipiones, Lanates, Serra-
 ni sunt. Et ex variis causis gentes quoq; &
 loca & alia multa reperias inter nominum
 causas. Hæc Quintilianus, apud quem item
 credo esse mendosè Syllas pro Silos. ob eam
 quam dixi causam. Longum esset hoc loco
 Liuij, Dionysij, Dionis, Suetonij, Ciceronis,
 aliorumque multorum quo loco de hac re
 agunt, in hanc sententiam verba proferre.
 Quum igitur res ita habeat, iam quo modo
 hoc in singulis factum sit, videamus. Quibus
 in exponendis hanc diuisionem tuebimur,
 vt alia ab animo, alia à corpore, alia à fortu-
 na tracta esse dicamus. Ad animum autem
 pertinent virtutes, mores, oratio, artes, studia,
 res gestæ: ad corpus, partes corporis, color, hà-
 bitus, vestitus, similitudo alterius. locus & que
 sunt eiusmodi. His autem rebus diligenter
 animaduersis, omnis (vt puto) impositorum
 cognominum ratio erit perfecta. Qui autem
 cognominum terminationes persequuti sunt,
 si frustra laborasse mihi videntur, quum om-

nes terminationes cognominibus (si ita tem-
pus & euentus tulerit) conuenire possint, præ-
ter eam quæ gentem notet. Itaque quum apud
Liuium nomina gentilicia multa pro cog-
nominibus mendose legeretur, ea ad suam
integritatem ex antiquorum monumentis à
me paulo antè redacta sunt, vt Fabius Lici-
nus, Marcius Rutilus, Quinctius Flaminus,
Furius, Pacilus & alia eiusmodi, non Licini,
Rutilus, Flaminius, Pacilius, vt vulgò le-
gebatur.

Cognomina à sapientia ducta, aut contrà.

Sapientiam autem atque stultitiam dedif-
se multa cognomina Romanis, cū ex Plinij
verbis percipitur, tum exempla quæ subiecta,
inducant. Scribit enim Plinius libro tertio,
Reliquis animi bonis præstiteret ceteros mor-
tales sapientia: ob id Cati, Corculi apud Ro-
manos cognominati.

Sophus, qui est Græcè sapiens, Sempronio-
rum cognomen. quod primus tulit P. Sem-
pronius iuris ciuilibus peritissimus.

Cato, auctore Plutarcho in Catone maio-
re vir dicitur multarum rerum peritus. eaq;
de re M. Porcius Cato vocatus est. Fuit autè
etiam cognomen Hostiliorum.

De Cato inquit Varro lib. 6. De ling. Lat.
Cata acuta Sabini dicunt: quare Catus Ælius
Sextus, non (vt aiunt) sapiens, sed acutus. Qua-
re dixit Ennius, Egredie cordatus homo ca-
tus Ælius Sextus.

Sapientis cognomen inuenit C. Lælius (vt
ait Plutarchus in Gracchis) quia, quum Ti-
berij partes aduersus optimates tueri cœpif-
set, discordiam ciuitates metuens ab incepto
desistit.

Corculum, auctore Festo, antiqui à corde so-
lertem & acutum dixerunt, eoque cognomi-
ne vsus est P. Cornelius Scipio Nasica, opti-
mi viri filius, vt ait Cicero in Bruto.

Brutus stultum significat, vt ait Dionysius.
Itaq; L. Iunius, qui reges eiecit, factus ad imi-
tationem stultitiæ, Bruti quoq; haud abnuic
cognomen. Libius, Dionysius.

Bellus est belluæ similis, vt ait Festus.
quod cognomen tulit L. Sicinius, primus tri-
bunus pl. Dionysius & Padianus.

A virtute et moribus.

Nero Sabinorum lingua strenuum signifi-
cat. Itaque Ti. Claudius Ap. Cæci F. id pri-
mus tulit, quod post in eius familia mansit.
Suetonius in Tiberio.

Marcellus vt Plutarchus tradit, est Bellico-
sus, id est *spinosus*, hoc est Martius. Pato autem
Marcellum dictum esse quasi Martellum, id
est Paruum Martem. Eo plebeia gens Clau-
dia vsa est.

L. Sicinius Dentatus ob fortitudinē *Achil-
les* dictus. Gell. lib. 2. cap. 11.

Superbi cognomē tulit L. Tarquinius rex,

quia locerum gener sepultura prohibuit.
Dionys. & alij.

Frugi L. Calpurnius Piso appellatus ob
mores, vt ait Padianus in Pisonianam, & Ci-
cero in Verrem.

Onicula dictus Q. Fabius Maximus, quia
moribus fuit humilibus. Plutarchus in Fa-
bio, & qui scribit de viris illustribus.

Caprarij cognomē C. Metellus ex cōtume-
lia traxit. Cicero libro tertio De orat. Itaque
Scipio de eo dixit, matrem eius, si quintum
pareret, asinum fuisse parituram.

Gurges vocatus Q. Fabius Rulliani F. à
deuorato patrimonio. Macrobius. Plutar-
chus *Λαυραγγο* nominat.

Nepos aliquando cognomen contumeliæ
fuit à prodigalitate, vt de Q. Metello colle-
ga P. Lentuli cos. scribit Valerius. vnde iuste
Cicero ad A. Tr. Sumptum iam nepos euasit Scap-
tius. Patrem tamen Metelli eum qui cum T.
Didio consul fuit, Q. Metellum Nepotem
vocat etiam Capitolini scriptores. Nepotē
autem eum dictum, quasi Q. Metelli Mace-
donici nepotem, significat in Cornelianam
Padianus.

Asper C. Trebonius ab insectandis patri-
bus nominatus. Liuius lib. 3.

Lurcones, auctore Festo, dicti qui cū auidi-
tate cibum sumerent. Fuit autem Aufidiorū
cognomen.

Camillus, quo cognomine Furij vsi sunt, est
puer ingenuus. Festus, Plutarchus in Numæ,
Macrobius lib. 3. Seruius in Virgil. vbi de Ca-
milla.

Cicurinus cognomen Veturiæ gentis à mo-
rum simplicitate dictus. Varro de ling. Lat.

Vir optimus P. Scipio Nasica à senatu iu-
dicatus & appellatus est Liuius.

Ab oratione et dicto aliquo.

Lepidi Æmilij dicti sunt à lepore oratio-
nis, quia Mamercus Numæ F. Princeps eius
generis summo lepore præditus fuit, quem
Græci *λεπιδιος* dicunt. Plutarchus in Paulo.

Entrapelus fuit cognomen Volumniorum,
vnde Cicero ad Volumnium, *Εντραπέλιος*,
inquit, tuarum literarum. est autem *εὐτραπέλιος*,
idem quod Lepidus.

Attici cognomē inuenit T. Pomponius,
quod Atticè optimè loqueretur. Cicero in
Catone, Nepos in vita.

Figuli cognomen adeptus est Nigidius,
quod inconstantiam rerum humanarum ro-
tæ figulinæ comparauit. Augustinus De ci-
uitate Dei.

Sura dictus P. Lentulus, qui quum Sulla ra-
tionem ab eo pecuniæ publicæ repeteret,
quam quaestor tractauerat, dixit se non posse
rationem reddere, sed præbiturum suram, vt
pueri solent qui in sphæra ludo peccauerint,
Plutarchus in Cicerone.

Scrofa Tremellius appellatur auctore Macrobio, quod querentibus quibusdam scrofam ruri, verba irrationis concepit, nullam esse in villa sua scrofam nisi quæ in centonibus iaceret, lectulum monstrans. vt autem ait Varro lib. 2. De re rust. quod apud exercitum dixerit, hostes celeriter se, vt scrofa porcos, difiecturum: idque fecerit.

Ab arte & studio aliquo.

Pictor Q. Fabius dictus, quod primus Roma ad salutem pinxit. Plin. lib. 35. cap. 4. Cicero in Tusculana prima.

Metelli in re militari sunt quasi mercenarij: vnde genti Cæcilie fuit cognomen. Festus.

Præconius L. Ælius Scilo, quod præco fuerit. Plin. lib. 33. cap. 1.

Eadem ratione videtur *Fictor* M. Volscij cognomen. Liuius.

Cornicen Oppiorum, Liuius. Vnde & Cornicinus apud Ciceronem in epist. ad Attic.

Fullo Apustiorum, Liuius, lapis Capitol. Vnde iocus apud Macrobium, Mitor sororem meam habere Maculam, quum Fullonem habeat.

Porro autem à studio rerum rusticarum multa tracta fuisse cognomina, auctor est Plin. lib. 18. cap. 3. Ex eorum numero sunt.

Bubulcus Iuniorum cognomen, qui optimè bubus vteretur.

Pilumnus, qui pilum pistrinis inuenit.

Cicerones, *Lentuli*, vt quisque optimè cicerem aut lentem serebat. illud Claudiorum & Tulliorum: hoc Corneliorum cognomen. eademque fortè ratione *Piso* Calpurniorum.

Serranus Atilius, quod eum serentem inuenit dati honores.

Lactucinus Valeriorum cognomen à lactuca. Plinius lib. 19. cap. 3. Quare qui eos. anno cxcvii. M. Valerius Maxumus dicitur in Cap. tabulis, is à Diodoro lib. 11. Μαρκιος Ουαλλερος Λακτυκος; appellatur. Idem Plin. lib. 17. cap. 1. scribit ita, Fuere & ab arboribus cognomina antiquis, *Fronditio* militi illi qui præclara facinora Vulturum transfatans, fronde capiti imposita, aduersus Annibalem edidit.

Stolo Liciniae genti (ita enim appellatur in ipsis arboribus fructificatio inutilis:) vnde & pappinatio inuenta primo Stolonem dedit nomen.

Iam à studio piscium dicti sunt Licinius *Murena*, *Sergius Orata*, qui eiusmodi piscibus delectati sunt, vt ait Macrobius lib. tertio. Varro libro tertio De re rustica. quanquam Festus *Sergium Oratam* dictum scribit, quod duobus annulis aureis & grandibus vteretur.

Eadem ratione à maiore & à minore pecore cognomina multa ducta sunt, auctore Varro lib. secundo. hinc *Statilij Tauri*,

Annij Capra, *Pomponij*, & *Mamilij Viduli*. Quod etiam in *Publicola* scribit Plutarchus, ἐπίθετο δὲ τοῖς παρὰ αὐτῶν Σουλῶν, καὶ Βουβούλων, καὶ Καταγεγεῖν ἐν ὄμαρτα.

Quin etiam à studio auium multa sumpta esse placet Varro. Hinc *Cornelium Merulam*, *Fircellium Pannonem*, *Minucium Picam*, *Petronium Passerem* esse dictam.

Ab vrbe vel regione deuicta.

Iam verò ab vrbe vel regione deuicta, hæc quæ sequuntur.

Coriolanus à Coriolis oppido captis dictus est C. Marcius. Liuius lib. 2.

Fidenis à Fidenis L. Sergius & posterius eius. Liuius.

Messalla Valerius à Messana primo Punico bello capta. Macrobius, lap. Capitolini.

Priuernas L. Æmilius Mamercinus à Priuernate bello. Liuius.

Numantinus P. Scipio à Numantia deleta. Appianus, Velleius.

Isauricus P. Seruilius ab Isauris vrbe Ciliciae captis. lap. Cap. Velleius.

Idem fecerunt qui regiones in potestatem P. R. redegerunt. quorum primus (vt ait Liuius libro 30.) P. Scipio fuit, qui à deuicta Africa cognomen *Africani* tulit: itemque L. Scipio frater eius, *Asiatici* ab Asia: Q. Metellus *Macedonici*, à Macedonia: L. Mummius *Achaici* ab Achaia: Q. Metellus alter *Baleariici* à Balearibus, & L. Metellus *Dalmatici* à Dalmatia: Q. Fabius *Allobrogici* ab Allobrogibus: Q. Metellus *Cretici* à Creta: D. Iunius Brutus *Callæcis* à Callæcia: Q. Metellus *Numidici* à Numidia.

Quorum apud omnes testata cognomina sunt. Hoc autem loco verba quædam amici mei non possum tacitus prætere, quæ ab eo in libro De nominibus posita sunt eiusmodi, *Isauricus* ab vrbe dictus. Ideo conqueritur Cicero libro epistol. ad Attic. 5. quum esset in Cilicia procos. & expugnasset oppidum Pindenissum, non esse aptum ad cognomen parandum. Qui (malum) Pindentissæ? Nam Seruilius antè ab Isauris vrbe præclara fuerat appellatus. Non possum autem prætere, quia hic sensum germanum Ciceronis non videtur assequutus. Neque enim Cicero queritur Pindenissum non esse aptum ad cognomen parandum, sed ad gloriam ex eius expugnatione propter oppidi obscuritatem comparandam. Sic enim ait, Saturnalibus manè se mihi Pindentissæ dederunt. Qui (malum) isti Pindentissæ? Qui sunt? inquit. nomen audiui nunquam. quid ego faciam? non potui Ciliciam, Ætoliam, aut Macedoniam reddere. Quibus verbis de obscuritate (vt dixi) oppidi queritur, nō de cognomine in-

10

20

30

40

50

60

pro. neque enim quisquam vnquam imperator Romanus, aut Cilix, aut Aetolus est ex victoria nominatus, vt iis in cognomine inuidere posset: verum aliquot ex iis prouinciis clarissimos triumphos egerunt. Hoc idē sentit etiam Cicero, quum scribit ad Caelium, Oppugnabam oppidum Pindenissum tantis opibus tantoque negotio, vt mihi ad summam gloriam nihil desit nisi nomen oppidi. id est, quod obscurissimo nomine quum sit, ne mea quidem satis gloriosa esse victoria & expugnatio possit, qualis eorum fuit qui Ciliciam, Aetoliam & Macedoniam subegerunt. Nam quod ait amicus meus ineptum ad cognomen esse, non video cur non Cicero Pindenissa dici facile potuisset, & quondam Valerius Messalla à Messana victa, si splendidum oppidi nomen fuisset.

A loco ubi bene malē pugnatum est.

Regillensis A. Postumius dictator dictus, quod ad lacum Regillum cum Latinis bene pugnauerit. quod cognomen posterius etiam eius tulerunt.

Aeserninus M. Marcellus appellatus, quod Aesernia captus est. Epiromæ.

Creticus M. Antonius triumuir pater dictus, quod Crete mortuus est. Pædianus, Plutar. in Antonio. hunc tamen quidam Antonium *Cicereum* vitiose nominant.

Germanicus Cæsar dictus, quod in Germania obiit.

Bithynicus Pompeius dictus, quod ex Bithynia suppellestem regis Nicomedis deportari. Festus.

Caudinus L. Lentulus, quod ad furcas Caudinas obsessus cum cos. fœdus turpe suaserit, vt ex Liuiο elici potest.

Ab alijs euentibus.

Collatinus Tarquinius dictus, quod diu Collatiæ præfectus fuerit. Dionysius.

Poplicola Valerius, quod populū coluerit. Dionysius, Liuius.

Torquatus Manlius quod torquem in pugna Gallo detraxerit. Liuius, Gellius.

Pius Q. Metellus, quod pietatem in reditu patris lacrimis deprecando adhibuerit. Cicero.

Pietas L. Antonius, quod eo animo temptaret vnā cum Fulua, quasi pro Marco Triumuiro fratre laboraret. Vnde à Dione dicitur Λούκιος Αντώνιος Πίετας, id est εὐσέβεια. quanquam à Glareano mendose Pœtus nominatur.

Drusus Liuius vocatus, quod Drausum regem hostium interfecerit. Suetonius in Tiberio.

Cunctator Fabius, quod cunctando Annibalem fregit. Plutarchus.

Venox Plautius quia censor, aquæ Claudie venas indagauerit. Liuius, Frontinus.

Scipio Cornelius, quod patrem luminibus carentem pro scipione rexit. Macrobius.

Cursor L. Papius à velocitate cursus. Liu. *Salinator* M. Liuius dictus, quod vectigal nouū ex salaria annonæ cōmētus est. Liuius.

Ambustus Fabiorum fuit (vt puto) quod à fulmine ambustus fuerit. Sic enim Festus, Pullus Iouis dicebatur. Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta erat. Antiqui puerum quem quis amabat, pullum eius dicebant. Hinc etiam quidā *Rullus* Fabij Maximi cognomen profectum existimant.

Imperiosus Manlius, quia seuerius delectū habuit. Liuius. Plutarchus *Εμπειρὸς* appellat.

Gracchanus dictus est Iunius historie ab amicitia C. Gracchi tribuni pl. vt scribit Plin. l. 30.

Maximus Valerius, quod plebem patribus conciliauit. Cicero in Bruto.

Maximus Fabius, quod libertinos in quatuor tribus secreuit. Liuius lib. 9.

Magnus Pompeius, quod res magnas ante ætatem gessit. Appianus, Plutarchus.

Asina Cornelius Scipio quia quum sponsores ab eo poscerentur, asinam produxit in forum cum pecunia onere, quasi pro sponso ribus præfens pignus. Macrobius.

Vespillo Lucretius dictus, quod ædilis cadaver Ti. Gracchi tanquam Vespillo in Tiberim proiecit. De viris illustribus in Graccho. Idem etiam fuit Vesp. Vnde in 2. De orat. Vesp. Terentius.

Amalius Villius, quod legem annalem tulit. Liu. lib. 40.

Diadematus Metellus, quod frontem ex vlcere diu ligauerit fascia, quæ diadema Græcè dicitur. Plutarchus in Coriolano.

Prætextatus Papius, quod in ætate prætextata summā prudētiam ostenderit. Macrobius.

Lænas Popillius, quod quum flamen sacrificium faceret, cum læna in publicum exierit & seditionem sedarit. Cicero in Bruto.

Coruus Valerius, quod ei cum Gallo pugnatu coruus omen victoriæ fuit. Liuius, Gellius.

Buteo Fabius, quia insidens in nauī buteo auis bono auspicio duci ei fuit. Plin. li. 10. c. 8.

Caudex Ap. Claudius dictus, quod primus caudicem, id est nauem, belli gerendi causa primo Punico bello conscenderit. Seneca.

Cæsar Iuliorum cognomen fuit, de quo alij aliter tradiderunt. amicus autem meus in libro De nominibus ita, Illud nō prætermittam, Cæsarem non ab vtero cæso dictū, quod multis video placere, sed quod ait Seruius & Spartianus, ab elephanto primū cæso. Nam lingua Punica Cæsar elephas dicebatur. Quare in quibusdam argenteis numis apud me videre est, ab altera parte elephantem cū hac inscriptione *Cæsar*, ab altera autē instrumenta quib⁹ elephātos Romani perimebāt. Hęc ille.

Numum.



Nomen illud cuius ipse meminit, ego accuratè effingendum curavi, ut omnes homines eius industriam in Romana antiquitate illustranda cognoscerent. Sunt enim eiusmodi numi multi cum apud alios, tum apud clarissimum & humanissimum virum Andream Lauredanum patricium Venetum. quamquæ ille ad hunc numum interpretandum attulit, ea à multis huius artis peritis reprehendi sæpe animadverti, qui quæ ille instrumenta elephantorū interimendorū esse tradidit, ea pontificalia ac religionis potius insignia esse cõtenderet, albogalerū, vel tutulū, secespitam, aspersorium, & vas sacrificale. Albogalerum enim ita describit Festus, Albogalerus à galea nominat⁹ est. est enim pileū capitis quo diales flamines, id est sacerdotes Iouis utebantur. fiebat enim ex hostia alba Iovi caesa, cui affigebatur apex virga oleagina. Tutulum autem ita, Tutulum vocari aiunt flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, & exitū in altitudinem. Ennius, Libaque fictores, argeos & tutulatos. Itaque Varro lib. De lingua Lat. exponens hunc eundem Ennij versum, ait, Tutulati dicti ij qui in sacris capitibus habere solent, ut metam. Id tutulus appellatur ab eo quòd matres familiās crines conuolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos, dicunt tutulos: siue ab eo quòd tuendi causa capilli fiebant, siue ab eo quòd altissimum in vrbe est, quod est arx, ea res tutissima tutulus vocatur. De secespita sic Festus, Secespitam alij securim, alij dolabram aeneam, alij cultellum putant. Item, Secespita cultrum ferreum oblongum, manubrio eburneo, rotundo, solido, iuncto ad capulum auro argenti que, fixum clavis aeneis ære Cyprio, quo flamines, flaminicæ virgines, pontificesque ad sacrificia utebantur. dicta autē est secespita à secando. Aspersorium quidam vocant, quo aquam lustralem aspergebant. vnde Virgilius,

-ter pura locios circumtulit vnda,
Spargens rore leui- Et alibi,
-corpūsq; recenti
Spargit aqua-
Vas sacrificale est vel capedo, vel simpuiū.
De capedine Cic. in Paradoxis, Quid autem

Numa Pompilius? minūne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vnulas quæ filicatas aliorum pateras fuisse arbitramur? Et lib. 3. De nat. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus iure pontificio & more maiorum quàm capedunculis quas Numa nobis reliquit. De Simpulo Festus, Simpulū vas paruum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur, à sumendo dictum, Varrone auctore, ut fortasse à capiendo capedo dicta est. Et Iuuenal. Satoryra sexta, aut quis Simpuium ridere Numē nigrūmque catinum. Et Plin. lib. 35. In sacris quidem etiā inter has opes non murrhinis crystallinisue, sed fictilibus prolibatur simpullis. His igitur rationibus adducti multi instrumenta hæc, quibus elephantentes interficerentur, esse iure negant, pontificalia autem (ut dixi) insignia esse asserunt, quæ diuo Iulio Cæsari consecrato, & in deos relato tributa sint ab Augusto, qui in patris pont. max. mortui honorem hunc numum percusserit. itaque ab altera parte esse elephantem, consecrationis symbolum. Vnde Suet. in Claudio scripserit, Claudius auiæ Liviæ diuinos honores, & circensium pompa currum elephantorum Augusteo similem decernendum curauit. eadem etiam de causa anguem elephantis ipsi esse subiectum, qui (auctore Plutarcho in Cleomene) heroibus sacer esset. Vnde Virgilius in is. de angue ad tumulum Anchisæ mortui dixerit,

Inceris geniumne loci, famulūmve parentis,

quum apotheosim eius significare vellet, ut ait Seruius. Sed siue hæc, siue alia sunt, profectò nihil hic numus ad eum qui primum elephantem occidit, neque ad ipsa demum elephantorum interimendorum instrumenta pertinet, quod amicus meus ingeniosè potius quàm verè cõfinxit, presertim verò quū fabrilis scalprum cum malleo ad eiusmodi beluas interimendas adhibitum sit, auctore Liviō.

Censorinus Marcius vocatus fuit, quòd bis Censor factus est. Valerius, Capitolinæ censuræ.

Flaminium Quinctiorum & Claudiorum. Augurinus Minuciorum eadem ratione co-

gnomen fuit, ab insigni fortasse aliqua re vel in flaminio vel in augurato gesta.

Sacerdotis cognomen tulerunt Licinij.

Augur Q. Scauola: Pont. Max. alter Q. Scauola ab ipso sacerdotio quoungebantur, vocati sunt.

Curio Scriboniorum cognomen fuit, quod qui primus id tulit, curio maximus fuerit, ut ex Liuiio intelligi potest. Quia ex familia C. Curio consul, qui de Macedonia triumphauit, & C. Curio filius tribunus pl. auctor civilis belli fuit: ad quem sunt epistolae Ciceronis in secundo libro, de quibus epistolis sic scribit amicus meus in lib. De nominibus, Ambiguitas est in nomine Curionis lib. 2. epistol. fam. In qua re multi decepti sunt, non distinguentes patrem Curionem à filio. Nam illae epistolae, non dum erat auditum, & sera gratulatio scribuntur ad patrem. Hæc ille. Hanc tamen opinionem intelligo à scholis omnibus esse repudiatam. neque enim videre se eruditi homines aiunt, quemadmodum, quum in extrema epistola de tribunatu C. Curionis filij agatur, ea epistola ad patrem transferri possit, qui multis antè annis consul triumphauerat. In priore verò, quum de reditu Curionis in Asia agatur, cur non idem sit Romanam reuertens, qui fuerat absens? id est, cur non ad eundem redeuntem hanc scripserit, ad quem absentem superiores scripserat? præsertim verò quum in superioribus de patris clarissimi viri obitu mentionem fecerit.

Thurinus cognomen Octauio puero fuit, quod in regione Thurina natus sit. Suetonius in Augusto.

Sylla P. Cornelius dictus, quod decemuir, aut prætor ex libris Sibyllinis ludos Apollinæ instituit. siquidem Sylla, quasi Sibylla appellatus est. Macrobius. quod cognomen post in familia mansit.

Augustus Caesar Octavianus dictus est honoris & amplitudinis causa. Suet.

A corporis partibus.

A corporis autem partibus tota cognomina tracta sunt, ut vix comprehendi oratione posse videantur. Nam à capite *Capitones*, *Cilones*, & *Tuditani* sunt. Cilones enim dicti sunt, quorum capita oblonga & compressa sunt, ut ait Carisius. Festus autè eos esse ait, quorum frons est eminentior, ita ut dextra sinistraque velut recisa videatur. fuit verò Flaminiorum, vnde in Numis argenteis L. Flaminii. *Cilo*. Tuditani, qui caput simile malleo habeant. Tuditani enim mallei sunt, à tundendo dicti. Iam *Cincinmati*, *Calmi*, *Crispi*, in Quinctiis, Liciniis, Salustio à capillis sunt, ut *Crispinus* Quinctiorum. Quare Suetonius Caligulam Cincinnatò crinem ademisse scribit veteris familiae in signe. *Frontones* à fronte, *Nafones*, *Sili*, *Simi* à naso sunt. Sili sunt qui

naso sunt sursum versus repando. Festus. Silius Sergiorum cognomen fuit. vnde in numis, M. Sergius Silius. De simis Plin. li. ii. cap. 38, A naribus cognomina Simorum & Silonum. videndum tamen ne legendum sit, Simonum & Silorum. Ita Strabo, *Patus*, *Cocles*, *Luscus*, *Luscinus*, *Rauilia*, *Ocella*, *Cacus*, ab oculis. Plin. lib. ii. cap. 37. Strabo, qui peruersis & detortis oculis est. Porphyrio. Plinius. Talem autem fuisse Cn. Pompeium Magni patrem cognomine Strabonem, scribit idem. *Patus*, auctore Porphyrione, est qui oculis est leuiter declinatis, vel cuius oculi huc & illuc celeriter mouentur, ut ait Acro. Horatius Satyra tertia, strabonem appellat *Patum* patrem, *Coclitem* laicum dixerunt. vnde Cyclops coclitas appellarunt. Seruius. At Plinius lib. ii, Qui orbi altero lumine nascerentur, Coclites dicti: item Varro De ling. Lat. *Luscus* Aniorum, *Luscinus* Fabriciorum cognomen fuit, auctoribus Cap. lap. *Rauilia* à ravis oculis. Festus. Vnde Cassius Longinus Ratilia. *Ocella*, qui paruis vtrisque oculis essent. Plin. lib. ii. vnde Ser. *Ocella* apud Coelium in vi. i. i. epistolarum. Ap. Claudius *Cacus* appellatus, postquam aspectum oculorum amisit. A superciliis *Silones*, id est, qui eminentibus sunt superciliis, à Sileno, qui hirsutis superciliis pingebatur. Nonius ex Varrone. A lingua *Balbi* & *Blasi*. quorum illud Aciliorum, hoc Semproniorum cognomen est. Sunt autè qui R. literam pronuntiare non possunt, quo vitio laborauit Demosthenes. Vnde est in i. De orat. Demosthenes ita balbus fuit, ut eius artis cui studebat, primam literam dicere non posset. Et in Priapo, Quum loquor, vna mihi peccatur litera. nam præ, præ dico semper blasique lingua mea est. eademque forte ratione *Blasio* Corneliorum & Heluiorum fuit. Aures (inquit Plinius) homini tantum immobiles, ab iis Flaccorum cognomen. *Labeones* & *Chilones* à labiis. Plinius, Festus & Carisius. *Ferrucosus*, à verruca in labiis, Fabij Maximi fuit. Plutarchus, *Dentati*, qui cum dentibus nati sunt. Plinius lib. 7. cap. 16. Curij & Sicinij cognomen. *Barbatus* Horatorum & Scipionum. *Barbula* Emiliorum, *Ahenobarbus*, id est, qui anea barba esset, Domitorum, fuit à barba. Plutarchus in Paulo. A colore *Rutilus*, *Eburnus*, *Aquilinus*, ut ait Festus. eademque ratione *Albus*, *Niger*, *Rufus*, *Flauus*. Iam *Scana*, & *Scauola*, & *Lavinus*, quod laua manu pro dextra vterentur, dicti sunt, quæ Brutorum, Muciorum, & Valeriorum cognomina sunt. De Scauola scribit Zonaras. *Mento* Iuliorum, *Dorso* Fabiorum, *Scapula* Corneliorum, *Axilla*, & *Ahala* Seruuliorum. A cruribus autem hæc sunt, *Varus*, *Vatia*, *Atta*. Vari qui crura incurua habent, & sunt contrarij valgis. *Vatia*, quibus in exteriorem partem crura flectuntur.

Etuntur. Attæ, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insunt, & attingunt magis terram quàm ambulant. quorum primum Liciniorum, secundum Seruiliorum, tertium Quinctij poetæ fuit. Festus, Nonius, Plinius. Iam *Plantæ, Panfa, Planci, Scauri*, quæ pedum vitia sunt, cognomina Romanis fuerunt. Plautus est, qui planis est pedibus, & nullam habet in medio cavitatem. Panfa, cui pedes lati ac panfi. Plancus, cui plani pedes. Scaurus, qui talos pedum tumētes & porrectos habet. Plin. lib. II. Festus.

A corporis habitu.

A corporis autem habitu sunt *Crassus, Maer*, utrunque Liciniorum. *Longus* Semproniorum. *Galba* Sulpiciorum. *Gracchus* item Semproniorum. *Pulcher* Claudiorum. *Glabrio* Aciliorum. *Cossus* & *Arvina* Corneliorum. *Paulus* Emiliorum. De Galba scribit Suetonius in Nerone, atque an crassum an macrum significet, ambigit. Gracchum à similitudine corporis dictum scribit Carisus. Varo autem à gerendo, quia mater eius qui primus Gracchus dictus sit, duodecim menses utrum gesserit. ac propterea sine aspiratione scribendum, ut ait Scaurus. Glabri sunt depiles. Cossi, rugosi corporis, à similitudine vermium ligno editorum, qui cossi dicuntur. Festus. Arvina durum est pingue, quod est inter cutem & viscus. Seruius. Paulus (ut puto) parvus est. vnde Terentius, Paulo sumptu dixit. cognomen est Emiliorum, ut *Paululus* & *Magnus* Postumiorum Albinorum.

Ab ortu.

Iam verò ab ortu ducta sunt *Geminus* cognomen Seruiliorum, quod primum tulerunt. P. & Q. Seruilius fratres. quorum Publius bis consul fuit cum C. Cotta an. D. I. & D. V. auctor Cicero in Lucullo. *Tergeminus* Horatorum & Curatorum. Liuius. *Cordus* C. Mucij Dionysius. Est autem Cordus serò natus. Quinctilianus. Quare Plutarchus C. Mucium Cordum *ὀψύπυρος* vocat. *Priscus* Tarquinij, quod maior natus esset. Dionysius. Idem Priscus fuit etiam cognomen Seruiliorum, ac nescio an eadem ratione *Casca*, quem pro sene Latini veteres dixerunt, Varone auctore De lingua Latina. De *Agrippa* & *Proculo* Vipsaniorum & *Plautiorum* cognominibus dictum est in prænominibus.

A loco vnde commigrauerint, aut ubi nati sint, aut ubi habitauerint.

A locis porro vnde quisque Romam commigrauerit, hæc sumpta sunt,

Sabinus Regillensis, vel Regillanus, ut est apud Suetonium, Ap. Claudius dictus, quia ex Regillo Sabinorum oppido venit. Liuius.

Antias Valerius. Plinius in præfatione, 60

quod Antias & esset & diceretur.

Amerinus Sex. Roscius ex Ameria. Cicero pro Roscio.

Eadem ratione dicti videntur *Furij Medullini, Fufij Caleni, Sulpicij Camerini, Appuleij Saturnini, Manlij Vulsones, Publij Vulci, Aulij Cerretani, Plautii Venones, Ælij Ligures, Cominij Aurunci, Vfenas certè & Carrinas & Macenas* à loco tracta sunt, teste Varone lib. 2. De analogia.

Capitolini Manlij dicti sunt etiam antequam M. Manlius Gallos à Capitolio depelleret, quod in Capitolio habitarent: quod nequis patricius faceret, damnato M. Manlio, decreto cautum est. Liuius. Eadem fortasse ratione & *Quinctij* & *Sestij*, Capitolini vocati sunt, & *Genucij Auentinenses*, quod Auentinum, & *Verginij Caelimontani*, quod Caelium montem incolerent: & P. Terentius *Tusceiucanus* apud Liuium libro 45, quod vicum Tuscum habitaret.

A principe generis.

Ælius Lamia à Lamo Formiraum conditore dictus. Horat. lib. 3. Odarum.

Fusus, Furiorum, qui antè Fufij à Fuso *Volsus*, Valeriorum, qui antea Valerij à *Valeso, Iulus*, Iuliorum, qui à Iulo generis sui auctore nuncupati. Marciorum cognomē fuit *Rex*, fortasse ab Anco Marcio rege. Siquidem in nummis quibusdam est ab vna parte caput hominis cum hoc nomine, *Ancus*: ab altera verò aquæ ductus cum his vocibus, *Aqua mar.* in ora verò nummi, *Philippus*. Nam & aqua Marcia à Marcio Rege deducta est, & *Philippus* Marciorum cognomen est, cuius gentis auctor Ancus Marcius rex.

A similitudine alterius.

Tantam præterea vim habuit similitudo alterius, ut inde cognomina etiam sæpe inuenta sint. ut de Cn. Pompeio Magno scribit Valerius libro 9, qui *Menogenes* à multis dictus sit, quod Menogeni coquo suo similis esset, & de P. Scipione, qui *Serapio* à victimario eius nominis sibi simili, & P. Lentulo, qui *Spintheris*, ab histione Spinthere, adeptus sit: & alter Scipio, qui *Salutionis* à Salutione mimo cognomen inuenit. Plinius lib. 7. cap. 22.

A fortuna.

A fortuna postremò hæc ducta, *Felix, faustus*, in Sulla: *Dives* in Crassus: *Egerius* ab egestate in Tarquinio, post patris auique mortem egenus natus. Dionysius, Liuius.

Cognomina ex cognominibus orta.

Multa etiam cognomina ita immutata sunt, ut per diminutionem in *inus* à suo primitiuo deflexa sint. Albus enim, quod fuit cognomen primum Postumiorum, post *Albinus* euasit. ita Rufus in Cornelis *Rufinus*,

Mamercus in *Emilis Mamercinus*, *Messalla* in *Valeris Messallinus*, inque iisdem *Coruus Coruinus*, in aliis etiam eadem fortasse ratione *Loriginus*, *Craſſinus*, *Calpinus*, *Launus*, *Paulinus*, *Criſpinus*, *Cafſomus*, *Patimius*, *Balbinus*, *Nigrinus*. quæ omnia deriuata ſunt. Item *Marcellinus*, vt in Cn. *Cornelio Lentulo Marcellino*, quod tamen cognomen in eo adoptionis ſignum fuiſſe arbitror. Hic enim *P. Lentuli filius* fuit, qui fuit *M. Marcelli filius*, *Cicerone* auctore in *Bruto*.

Cognomina an hereditaria fuerint.

His rebus expoſitis, æquam eſt etiam cognoscere, quemadmodum ex cognominibus alia ad poſteros quàm longiſſime propagarentur, alia ne ad filios quidem peruenirent. Itémque ſucceſſoribus in eadem gente cognominibus, quemadmodum vetuſtiſſimum quòdque aboleretur, recentia verò omnia plerunque retinerentur. Ac primùm quidem qui cognomen patris, auique, & maiorum tulerunt, idipſum feciſſe videntur præſtanti illius qui primus id cognomen inuenit, virtute & gloria adducti, ita tamen vt aut mutare aut relinquere illud cognomen pro arbitratu poterint. cuius rei eſſe documẽto poſſunt ea quæ de *Cicerone* ſcribit *Plutarchus*. Qui primus (inquit) *Ciceronis* cognomẽ tulit, is maxima laude floruiſſe videtur, quòd id cognomen à poſteris non ſolum non neglectum ſit, verum etiam ſtudioſe retentum. Et paulo poſt, Quum autẽ *M. Cicero* poſteaquam magiſtratus cepit, crederetur cognomen illud aut vitaturus, aut certè mutaturus, reſpondit operam ſe daturum vt id eſſet & *Scauris* & *Catulis* illuſtrius. Præterea verò idẽm *Cicero* cognomina hereditaria fuiſſe oſtendit, quũ loquentẽ inducit *Africanũ* cum nepote hoc modo, Erit id tibi cognomẽ per te partum, quod nunc habes ex me hereditarium. Itaque videmus hac de cauſa *Album* & *Albinum* per quingentos amplius annos in gente *Postumia* cultoditum, Maximũque in *Valeria*, & ferè etiam in *Fabia*, & itẽ in *Mucia Scauola*. Hoc tamen non in omnibus ſeruatum eſſe inde apparere poteſt, quòd *Strabonis* cognomen, quod fuit patris *Pompeij Magni*, ne filius quidem uſurpauit, neque filij *Q. Maximi* *Ouicula Verrucoſſi* ea quæ fuerant patris. Nouis autem aſcitis familiaria cognominibus, vetera eſſe delera agnoſci poteſt ex *Manlia* gẽte. cuius primùm cognomen fuit *Vulſo*, poſt *Vulſo Capitolinus*, tum *Capitolinus Imperioſus*, poſt *Imperioſus Torquatus*, ad extremum autem tantum *Torquatus* reuertitur eſt.

An æque omnium cognomina fuerint.

Ex iis quæ dicta ſunt, illud fatiſ intelligi poteſt, æque omnes *Romanos* ciues vt inuentis cognominibus potuiſſe, neque ipſum

cognominũ uſum plebi magis interdictum quam optimatibus fuiſſe. Factũ eſt tamen vt quoniã reſp. primùm in patriciorũ poteſtate fuit, corũ etiam antè cognomina celebrata quàm plebis ſint. Vbi verò plebs ad remp. acceſſit, tum & plebeiorum etiã ad diſtinguẽdas familias cognomina audiri, perinde atque imagines ad poſteritatem prodendam, poni ſunt cœptæ. Quamobrem amicũ meũ in lib. De nominibus, in hoc præcepto tradẽdo ita loquutum eſſe miror, Tribus nominibus ſenatores fuiſſe appellatos olim obſeruaui, equites autẽ & plebeios maiori ex parte duobus. *Liuius* ubi de tribunis militariſibus loquitur, hos plebeios nominat, ſic, *C. Sextilius*, *M. Albinus*, *P. Titinius*, *L. Antiftius*. Senatores autem ita vocabantur, *C. Ælius Pætus*, *M. Licinius Craſſus*, *M. Porcius Cato*. Hæc ille. Igitur quia *Liuius* quatuor tribunorum militum è plebe duobus nominibus aſſicit, ipſe in vniuerſum præcipit, equites & plebeios duobus, ſenatores tribus nominibus eſſe uſos. neq; quot incòmoda hanc rationem conſequatur, animaduertit. Quid enim ait? an qui ex equeſtri & plebeio ordine in ſenatum legebantur, tum quũ legebantur, cognomen inueniſſe, ante lectionem cognomine caruiſſe, atque à lectione ipſa, non ab euentu, cognomen ſumpſiſſe? an verò *P. Valerium*, inquit eum qui primus conſul ſenatum ex equeſtri ordine ſuppleuit, antequã tertium *Poplicolæ* nomen ferre cœpit, ſenatorem non fuiſſe? an verò aut *C. Mænium*, aut *Ti. Coruncanium*, aut *C. Dulium*, aut *Q. Cædicium*, aut *M. Maniliũ*, aut *Q. Opimiũ*, aut *T. Didium*, aut *Marios*, aut *Antonios*, qui conſulatus, cenſuras, dictaturas geſſerunt, & clariſſimos triumphos egerunt, ſenatores, quia tertio nomine, veteribus & ſcriptoribus & lapidibus teſtibus caruerunt, non fuiſſe? Quid? nõne *Cn. Pompeius Magni* cognomen tulit tum quum ex *Africa* & ex *Hiſpania* eques *Rom.* triumphauit? ſiquidem uidente *Sulla* id cognomẽ inueniſſe idẽm ipſe ſcribit. *M.* verò *Tullius*, nõne antequam in ſenatum lectus eſſet, *Ciceronis* cognomine uſus eſt? At *Liuius* (inquit) quatuor tribunos plebeios ſine tertio nomine protulit, ergo plebeij tertio nomine caruerunt. Quis affirmare poſſit eorũ cognomina non eſſe à *Liuius* conſultò omiſſa? quod in aliis etiam, eodem ipſo auctore, fecit. Sic enim ait *Liuius* ſæpe duo profert nomina, neque caret reprehentione, quia hiſtorici eſt omnia explicare, & debet ſanè ſcriptor poſteritatis habere rationem magis quàm ſuorum temporum. An verò credibile eſt *C. Sextilio* & collegis eius tribunis militum conſulari poteſtate remp. domi forſis, à populo *R.* commiſſam eſſe, ſenatũ, in quem ſæpe homines nullo uſi hono-

honore pro arbitratu censorum legebantur, eis lectione censoria non patuisse? Neque verò senatores pro patriciis eum sumpserunt, atque patricios tribus, plebeios duobus vfos esse cognominibus, intellexisse puto, præsertim verò quum C. Ælius Patus, M. Licinius Crassus, M. Porcius Cato, quos ille senatores appellat, plebeij fuerint, quod ne illum quidem latere existimo. Quid quòd Pausanias, ut antè ostendi, Romanos minimùm 10 tribus, plerumque pluribus nominibus esse vfos tradidit? Mihi quidem hæc eiusmodi præceptio non satis in vniuersum probari, nisi exceptione aut interpretatione aliqua illustretur, potest.

De patricijs familijs, & plebeijs, nobilibus, & novis.

Hactenus de gentium & familiarum Romanarum origine, nunc de familiarum conditione dicamus: quas, si genus spectabimus, 20 alias patricias, alias plebeias: si honores, partim nobiles, partim nouas esse constituemus. de quibus omnibus sigillatim mihi videretur esse dicendum, ut hæc tota de nominibus Romanis suscepta disputatio perficiatur. ac primùm de patricijs & plebeijs.

Romulum scribit Dionysius vire condita totum populum in duas partes distribuisse, vnâ eorum qui inter ceteros aut genere aut virtute aut diuitijs excellebant, alteram 30 eorum qui his omnibus rebus inferiores erant: atque illos quidem patres, hos verò plebeios nominasse: patres autem vel ab ætate quasi senes, vnde senatores, vel quòd filios, vel quòd patres haberent, plebeij non haberent: vel denique Atheniensium exemplo, qui summo loco natos, ἀπαργιδας: obscuro, ἀργεῖους vocarunt, appellasse. ut autem patricijs sacra iudicia, magistratus, senator & totius reip. administrationem commississe, sic 40 plebeios his omnib. muneribus vacuos quæstuosis artibus operam dare voluisse. Itaque in hanc sententiam apud Liuium libr. 10, P. Decius plebeius apud patres loquutus est ita, Semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere, vos solos iustum imperium domi militiaeque. Et libr. 6. App. Claudius patricius, sic, Penes quos sunt auspicia more maiorum? nempe penes 50 patres. nam plebeius quidem magistratus nullus auspiciatò creatur. nobis adeò propria sunt auspicia, ut non solum quos populus creat patricios magistratus aliter quàm auspiciatò creet, sed nos quoque ipsi sine suffragio populi auspiciatò inter reges prodamus, & priuatum auspicia habeamus, quæ isti ne in magistratibus quidem habent. Quid igitur aliud quàm tollit ex ciuitate auspicia, qui plebeios consules creando à patribus, qui soli ea habere

possunt auferre? Et libr. 4. Liuius, Interroganti tribuno, cur plebeium consulem fieri non oporteret, respondit quòd nemo plebeius auspicia haberet. ideòque decemuiros conuabium diremisit, ne incerta prole auspicia turbarentur. Plebs ad id maximè indignatione exarsit, quòd auspiciari tanquam inuisi dijs immortalibus negarentur posse. Et alibi, Connubia communicata sunt, quibus facta consula sunt & auspicia. Atque hac eadem etiam ratione adductus Sæuola in Topicis apud Ciceronem gentiles definit, qui inter se eodem nomine sunt, & qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum nemo seruitutem feruuit, nec capite diminutus est. Hæc autè definitio aptè in patricios Romuli cadit, de quibus P. Decius sic apud Liuium loquitur, En Romæ vnquam fando audistis, patricios primùm esse factos, non de cælo demissos, sed qui patrem ciere possent, id est nihil vltra quàm ingenuos? Et APP. Claudius, An hoc, si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed vnus Quiritiū quilibet, qui modò me duobus ingenuis ortum, & viuere in libera ciuitate scia, reticere possim? Quibus ex rebus intelligi potest, gentem primùm de patricijs dictam, quòd soli ipsi eam haberent, vnde etiam maiorum & minorum generum patricij dicti sunt, post ad plebeios etiam esse translata, qui duobus, ut patricij, essent ingenuis orti. qui iudem postea non solum gentem adepti sunt, sed procedente tempore patricios magistratus omnes, sacerdotia, auspicia, ordines, imperia & triumphos sunt assequuti. Est præterea intelligendum qui ciuitate Romana donabatur eum plebeium fuisse, patricium autem, neminem, nisi nominatim vel à regibus, vel à populo, vel denique ab imperatore factus esset, fuisse. De Romulo Dionysius ita libr. 3, Πατρικίους ἰσχυροὺς, ἢ κατὰ τὴν εἰς τοὺς θεοὺς βουλευτῆς ἀειδίμων. Albanas porò familias Iuliam, Geganiam, Metiliam, Quinctiliam à Tullo Hostilio in patricias esse translatas, Liuius & Dionysius auctores sunt: Octauiam à Seru. Tullio, Suetonius. Post Reges autè exactos App. Claudium à populo patricium factum, Dionysius libr. 5, his verbis, Καὶ ὁ δῆμος εἰς τοὺς πατρικίους αὐτῶν ἐγένετο. Et Liuius libr. 4. in Oratione Canuleij trib. pleb. Quid? hoc si poluit nobilitatem istam vestram, quam plerumque oriundi ex Albanis & Sabinis non genere nec sanguine, sed cooptatione in patres habetis, aut à regibus lecti, aut post reges exactos, iussu populi, &c. De Caesare autè ita Sueton. Senatū suppleuit, patricios allegit. Dio ita expressit, Ἐὶς τῆς αὐτοῦ μεροῦς ἐστὶν ἐξελθὼν, καὶ εἰς τοὺς ἀπαργιδας ἐγκαταλεῖν. De Augusto itè Sueton. Senatū legit, patriciorū numerum.

expleuit. quod Dio ita expressit. *ἐπέγουρ δὲ τὴν
καὶ βουλὴν ἐποίησεν, ὅτι, τὴν ἑβὴν ἀπαρτίσιν ἑβέας
ἐποίησεν, ἠδὲ καὶ.* De Claudio Tacitus lib. II. In
numerum patriciorum vetustissimum quen-
que è senatu asciauit, paucis iam reliquis fa-
miliarum quas Romulus maiorū, & L. Bru-
tus minorum gentium appellauerunt, exhaū-
stis etiam quas Dictator Cæsar, lege Cassia,
& princeps Augustus lege Seuia sublegere.
Fuisse enim hanc patriciorum dissimilitudi-
nem, quod alij maiorum, alij minorum gen-
tium essent, Livijs & cæteri auctores sunt,
quanquam non eodem modo omnes. Livijs
enim quos Romulus primū legit, eos ma-
iorum gentium, quos Tarquinius Priscus, mi-
norum, quos liberata ciuitate L. Brutus, pa-
tres conscriptos appellat, quos ipsos Tacitus
minorum gentium vocat. Hinc Cicero ad
Papirium, aliquot patricios Papirios, quan-
quam minorum gentium, nominat. An verò
minorum gentium omnes, præter eos quos
Romulus primū fecerat, dicerentur, facile
vocari in quaestionem possit. Cur autem v-
nius gentis ac nominis familia altera patri-
cia, altera plebeia fuerit, quales pleraque
fuisse reperimus, nemo adhuc tradidit, nos
causashas potissimū reddi posse putamus:
vnam, quod non ab eodem ambe fonte flue-
rent, vt siquis familiam M. Tullij Longi, qui
patricius anno post reges exactos decimo
consul cum Ser. Sulpicio fuit, quæ à Ser. Tul-
lio rege duceretur, diuersam esse à M. Tullij
Ciceronis oratoris familia dixerit, qui ple-
beius fuit, quam à Tullo Attio Volcorū re-
ge, qui multo post Ser. Tullium regem vixit,
manasse, quibusdam, auctore Plutarcho, pla-
cuit. alteram, quod ex patricia aliqua gente
alij ad plebem se contulerint, alij in patricia
remanerint: ex plebeia verò alij à plebe
ad patres transferint, alij non transferint: si-
quidem scribit Suetonius, gētem Octauiam
in patricias transductam procedente tempo-
re ad plebem se contulisse, ac rursus per diuū
Iulium in patriciarum rediisse. Et Cicero in
Bruto, Transitiones (inquit) à plebe sunt, quū
homines humiliore in alienum eiusdem no-
minis infunduntur genus, vt si ego me à M.
Tullio esse dicerem, qui patricius cum Seru.
Sulpicio consul fuit. L. etiam Minutium Au-
gurinum patricium ad plebem transisse, &
tribunum plebis vndecimum factū esse tra-
dit Plinius. tertiam, ab adoptione, vt quum
plebeius à patricio, aut cōtrā patricius à ple-
beio adoptaretur. Neesse enim erat eū con-
ditionem sequi adoptantis. Ita M. Brutus ple-
beius à Q. Cæpione patricio adoptatus, & Q.
Cæpio Brutus dictus, & P. Scipio patricius à
Q. Metello plebeio adoptatus, & Q. Metel-
lus Scipio dictus, patriciam Brutorum, & ple-
beiam Scipionū familiā reddiderunt. Quar-

tam à libertate. liberi enim assequuntur illi
quidem nomen domini gentilicium, at con-
ditionem, si patricius sit, non assequuntur.
Vnde Horatius Flaccus Plebeius, quū & Ho-
ratij patricij sint. Quanquam nec qui ado-
ptione, nec qui manumissione in alienā gen-
tē migrabant, gentiles cum iis fuisse ex Scæ-
uolæ definitione videntur, vel à quibus, vel
ad quos transibant: illi, quod capite diminuti
essent: hi, quod seruitutem seruisissent. vt in
Topicis exponit Boetius. Quintam, à ciuita-
te, nam qui ciuitatem beneficio alicuius patri-
cij impetrabant, ij nomē eius tantūm ad-
piscabantur, in plebe autem remanebant: &
si que alia sunt eiusmodi. hæc de patricijs &
plebeis. Nobiles autem primū patricij dic-
ti sunt, quippe quibus primū honores ij
ex quibus nobilitas comparatur, in rep. pa-
tuerunt: post autem plebeij etiā, vbi primū
ad curules honores peruenerunt, nobiles dici
cepti sunt. Neque enim ex genere nobilitas,
sed ex imaginibus parabatur. siquidē ij no-
biles dicti, qui maiorum suorum imagines
haberent. imaginem autem sui ponere ac po-
steris tradere non poterant, nisi qui curulem
magistratum gessissent, quorum post aliquot
tempora primus esse cepit ædilitas curulis,
qui magistratus antē patricijs patuit quā
plebeijs. Est autem imago, vt ait Polybius
lib. 5, simulachrum oris similitudinem affa-
brē mirōque artificio effectam, coloribus pi-
gmentisque adumbratam referens, quam in
insigniori & celebriori domus parte collo-
cabant. de iure autem ponendarum imagi-
num sic Cicero in Verrem, Ego me ob ædi-
litem mihi delatam adeptum esse intelli-
go antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ
locum, togam prætextam, sellam curulem,
ius imaginis ad memoriam posteritatemque
prodendā. Sic enim legit Nonius. Et contra
Rullum, Est hoc in more positum, Quirites,
vt ij qui beneficio vestro imagines familiae
sue consequuti sunt, eam primam habeant
concionem quæ gratiam beneficij vestri eū
suorum laude coniungant. Est autem conse-
qui imagines familiae, magistratus curules à
maioribus suis item gestos capere. Noui au-
tem dicti sunt qui nulla maiorum commen-
datione, ipsi primi ad magistratus curules
peruenerunt. Quod intellexit etiam Plutar-
chus, quum in Catone maiore ita scripsit,
*εἰς αὐτὸν δὲ τῆς Παμψυγίας τοὺς ἀπορρήτους δίδαν οὐκ
ἔχοντας, ἀρχαῖοι δὲ γινώσκοντες δὲ αὐτῶν, καὶ τοὺς
προσαγορευμένους ἀδελφούς, ἵσπερ καὶ τὸν Κατῶνα, ἀπο-
σπέρρον. Et App. lib. 2, καλοῦσι δὲ καὶ τοὺς
ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐ τῶν ἀπορρήτων γινώσκοντες.* Itaque
Cicero in Rullum ait, Me hominem no-
uum consulem fecistis. Item, Mihi apud
vos de meis maioribus dicendi facultas non
datur, non quod non tales fuerint quales
nos

nos illorum sanguine creatos, disciplinisque institutos videtis, sed quòd laude populari atque honoris vestri luce caruerunt. Item, Quemadmodum quum perebam nulli me vobis auctores generis mei commendarunt, sic, siquid deliquero, nulla sunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Et in Pisonem, Obrepisti ad honores commendatione fumosarum imaginum. Et Liuius lib. 1. Ancus Marcius nobilis vna imagine Numæ. Et lib. 3. Ap. Claudium, virum honoratissimæ imaginis futurum ad posteros, legumlatorem conditorémque Romani iuris. Et Suetonius in Vespasiano, Flauia gens obscura illa quidem ac sine vllis maiorum imaginibus, sed reip. non pœnitenda. Et Pædianus in orationem in toga candida, Cicero competitoris quatuor plebeios habuit, ex quibus duo nobiles, duo qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant. Et Liuius lib. 22. Nec finem ante belli habituros quàm còsulem verè plebeium, id est hominè nouum, fecissent. nam plebeios nobiles iam iisdem initiatos esse sacris, & cõtènere plebè ex quo contenti deserint à patribus. Et Plin. lib. 35. cap. 2. Extat Messalla oratoris indignatio, qua prohibuit inferi genti suæ Læuinorum alienam imaginem. similis causa Messalæ feni expressit volumina illa quæ de familiis condidit, quum Scipionis Africani transisset atrium, vidissetque adoptione testamentaria Salutionis (hoc enim ei fuerat cognomè) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.

De alia nominandi ratione.

Hæc igitur omnia, quæ illi haberent quasi instrumenta quædam nominandi, prænomen, nomen, atque cognomina: non his tamè contenti alia etiam ad singulos significados, exempli causa patris, aut aui prænomen, tribusque nomen adhibuerunt. Quòd cum ex vetustis illorum monumentis, tum maximè ex Pædiano cognoscitur, qui in 2. in Verrè, sic ait, Moris fuit quum aliquis cuius Rom. ostendendus esset, significaretur aut à prænamine suo, aut à nomine, aut à cognatione, aut à cognomine, aut à tribu in qua censere-tur, aut à curia, aut à censu, vt si esset senator equesve Romanus. Quod autem à cognatione significatos esse scribit, à patris vel aui vel prouaui prænamine, puto intelligi eum voluisse. Nam quòd à patris prænamine nominandi cõsuetudo fuerit, pleni sunt omnes libri: vt Q. Cæcilius L. F. à patris autem & aui, Capitolina marmora satis ostendunt: à prouaui verò, epigramma quod est in li. Ver. Inscriptionum eiusmodi,

L. Mumatius L. F. L. N. L. Pron. Plancus.

Cos. cens. impiter.

Vt vir epul. triumph. ex Rhetis.

Aedem Saturni F. de manubiis.

Agros dimisit in Italia Beneuenti.

In Gallia colonias deduxit Lugdunum & Rauricam.

Inuenio etiam significatos esse à cognomine patris multos, vt Q. Fabius Maximi filius, T. Quinctius Capitolini filius. & in adopruiis, vt Metellus Nasica F. & in vetere lapide Romæ,

P. Cornelius Paulli Scipio.

Aemilianus cos. I. censor.

Augur triumphauit.

& in numis aliquot argenteis apud clarissimum virum Andream Lauredanum,

A. Postumius cos.

Bruti F. Albinus.

Porro autem quod à tribu air, id tale est. quum tribus omnes Romæ xxxv. numerarentur, atque ex iis aliquam necesse esset, cuiusque ordinis esset, cuius Romanus obtineret, iecirco factum est vt à tribu in qua censere-tur, significaretur: tribus autè nomè in aufe-rendi casu poneretur. Ita legimus in 2. Verr. C. Verres Romilia. & alibi, L. Claudius Palatina. Et in 9. Philip. Ser. Sulpicius Q. F. Lemo-nia Rufus. Nam Romilia, Palatina, & Lemo-nia, tribuum nomina sunt. Tribus autem ipsa prioribus, serè tantum literis significabatur. Quod videmus adhuc in epistola Cælij esse retentum, hoc modo, C. Luceius C. F. Pup. Hirrus. C. Scribonius C. F. Pop. Curio, id est Pupinia & Popilia. Quo in loco multa in hanc rem à Paulo Manutio diligentissimè atque ingeniosissimè sunt collecta.

Quæ de nominibus Romanorum tradita sunt, ea stante rep. obseruata esse intelligi.

Hæc habui quæ de nominibus Romanorum dicerem, quæ certa veterum auctoritate confirmarentur, quorum vestigiis insistentè haud difficile vnūquenq; ea quæ à me præ-termissa sunt, indagatum esse opinor. Est igitur intelligendum hanc (de qua diximus) nominum rationem stante potissimum rep. conseruatam esse: pòst autem cum libertate hanc etiam religiosam descriptionem labi ex omni parte cœpisse. Siquidem aliquot, quæ antè cognomina fuerant, pro prænominibus cœpta sunt vsurpari. Nam Iulum Antonium Africanum, Paullum Fabium Maximum, Potitum Valerium Volusum, Cossium Cornelium Lentulum sanè animaduertere licet imperante Augusto iis prænominibus esse præditos, quæ antè cognomina fuerant, quod ipsum Valerius quoque & Priscianus docuerunt.